miracula agnouit. Lectio
Omnia quippe nona.
elementa. aucto
rem suum uenisse testata
sunt. Ut enim de his que
dam usu humano loquar.
dominum hunc celi esse cognoue
runt. quia protinus stellam stellam
miserunt. Mare cogno
uit. quia se sub plantis eius
calcabile prebuit. Terra
cognouit. quia eo moriente
te contremuit. Sol cog
nouit. quia lucis sue ra

dios abſcondit. Saxa pa
rietes cognouerunt: q̄
tempe mortis eius ſciſſa
ſunt. Infernus cognouit:
q̄ hos quos tenebat mor
tuos reddidit. Et tamen
hunc quem dn̄m ēē. oīa
inſenſibilia elementa ſen
ſerunt. adhuc infideliū
iudeoꝝ corda. dn̄m ēē mi
nime cognoſcunt: et du
riora ſaxis ſcindi ad peni
tenciam nolunt: eumq̄
confiteri abnegant. quē
elementa ut diximus.
aut ſignis aut ſciſſionibꝫ
dn̄m clamant. Si dies e
pyphie in dn̄ica euenit
in ſequenti fīa. iiii. legat̄
omelia euangelii. Cum
ſcs eēt. Alius v̄ quinq̄
diebꝫ legant̄ lc̄ones in
fra p quinq̄ diebꝫ anno
te. Si u̅ fuit epyphania
alia die: tē in dc̄ cū om̄

legant̄ ſex lc̄ones. infra
p dn̄ica annotate. In
fra oct. epyphanie: una
die ſermo auguſtini. ✠.
de eodem. Lc̄o prima.
Poſt miraculū uirgi
nei partus. inter
obſcuras cubilis oppreſſi
latebras. et duriſſimi p
ſepis anguſtias. in quibꝫ
infinita maieſtas men
bris contractioribꝫ ſtabu
labat. inter crepitantes
neſcie querele ploratus.
ac pios infantis teneroſ
q̄ uagitus. dum pendet
adulera et uil ds pati uilia
tur inuolucra pannoꝝ:
repente nobis hodie de
celo terris ſydus illuxit:
et tocius mundi diſſipata
caligine. noctē conuertit
in diem. ne dies celare
tur in nocte. Credat iā
deo omnis terra: q̄ e

celo loquitur. celi Xp̄s natus
in angulo: hodie declara
tur in celo. Pastoribꝫ an
geli: magis stella demō
strat. Vtriusqꝫ lingua lo
quitur celorum: que lingua
cessauerat ꝓphetarum. Rc ii.
Pastores angelis cre
dunt et annunciāt:
magi in celum aspiciunt
et adorant. Sydus nāqꝫ
igneum arsit: et frigidos
gentiles accendit. Inue
nit magus in nocte: quem
iudeus erat ꝑditurus i
die. Expauit subito stelliger
axis: et astra tremula famu
lantur ad cunas. Quia ne
d's in carne positus eēt ob
scurus. seruit celum: red
dunt et ipsa sydera testimoi
um. Aspexit tunc magus:
obstupuit astrologus. Pu
tas ne fatum: sꝫ signum
fuit. Nam vis certius id
nosse: Obsequium ꝓbuit
n̄ impiū. Adduxerit suppli
ces: ostendit hospicium
Radiauit amplissimo lu
mine: tecta nati ꝑfudit:
sicqꝫ discessit. Hoccine est
fatum dare: an seruiciū
exhibere: Lco iii.
O infancia: cui et
astra subduntur. Quis
est iste magnitudinis sup
ne glorie: ad cuius pannos
et angeli excubant. et syde
ra obsecundant. reges tre
pidant. et sectatores sapi
entie ingeniculant. O te
rum tugurium. o sedes di
secta post celum: ubi lu
cebat non lucerna. sꝫ stel
la. O celeste palaciū: in
quo habitat non rex gem
matus. sꝫ d's incorporatus:
cui erant pro mollibꝫ thoris
dura presepia: pro laquearibꝫ
aureis fumea culminum

recta. sed syderis obsequio
deaurata. Delectatur deus
in lapide duro: cum vult
succurrere mundo. Quis
est iste talis actamus?
Stupeo cum video pannos:
et intueor celos. Estuo cum
inspicio in presepi mendi
cum: et super astra preclarum.
Subveniat nobis fides:
que racio nature defecit.

Alia die infra oct. lectio in
sermone qui sic incipit. Quo
niis sciam dilectissimi. Lectio prima.

Magi heredes
in syderibus designa
ti ortu novi syderis exci
tantur: ut cui celi adhi
bitum fuerat testimonium:
celi famularetur obsequi
um. Commovit magos ha
bitatores remotioris ori
entis. stellis ceteris stella
fulgentior: et de mirandi
luminis claritate. viri ad
hec spectanda non inscii.
magnitudinem significa
tionis intelligunt: agen
te hoc sine dubio. in eorum
cordibus inspiratione divi
na. ut eos tante visionis
mysterium non lateret:
et quod oculis ostendebatur
insolitum: animis non esset
obscurum. Denique offici
um suum cum religione dis
ponunt: et hiis se instru
unt donis. ut adoraturi
unum tria se credidisse de
monstrent: auro adoran
tes personam regiam. myr
ra humanam. thure divi
nam.

Crisostomus in o
melia de stella magorum. Lectio ii.

Videamus
quid gloriosum ma
gi videntes in puero ga
visi sunt: qui regem que
rentes. tanti itineris sus
ceperunt laborem. Num

quid uiderunt palacium.
marmoribꝫ ſplendidum:
Numquid matrem eius
dyademate coronatam?
aut in lecto aureo recum
bentem: Numquid pue
rum auro inuolutum:
Numquid regiam diuiſis
p̄plis pſonantem: Non.
Sꝫ quid: Pandochium
utiqꝫ tenebroſum ꝛ ſordi
dum. ꝛ magis aīalibus
quam hominibꝫ aptum:
in quo nemo contentus
erat ſedere. niſi itineris
neccitate coactus. Matrē
eius uxe tunicam unam
habentē: non adornatū
corpus. ſꝫ ad teguīntum p
ſiſtentē: ꝛ qualē habe
re po terat. carpen
tarij uxor peregre conſti
tuta. Lc̄o tercia
Uiderunt ꝛ pue
rum pannis ſordidiſſimi

inuolutum. ꝛ in preſepio
ſordidiore poſitum. qꝛ lo
cus ille ſic erat anguſtus.
ut nec ponendi infantis
ſpacium inuenirent. Si
ergo terrenum regem que
rentes ueniſſent. magis
confundendi fuiſſent quā
gauiſuri: qꝛ tanti itine
neris laborē ſine cauſa
ſuſcepiſſent. Nunc aūt
quia celeſtem querebant.
ꝛ ſi nichil regale uidebāt
in eo: tamē ſolius ſtelle
teſtimonio contenti gau
debant. Oculi eoꝝ con
temptibilem puerum
aſpicere non poterant:
qꝛ ipſis in corde eoꝝ. eum
terribilē demonſtrabat.
Putaſne adoraſſent in
fantem. non intelligen
tem adorationis honorē?
niſi aliqd̄ diuinum cre
didiſſent in eo: Ergo

non pueritie detulerunt
honorē. nichil intelligē
ti. sȝ diuinitati eius ō
nia cognoscenti. Sermo
aug' de epyphania. ✠. Alia

Ad partū die. Lc. i.

Augustinus adoran
dum. magi aboriente
uenerunt. Magnum
sacramentum. In presepi
tunc iacebat. et magos
aboriente ducebat. Ab
scondebatur in stabulo.
et agnoscebatur in celo. ut
agnitus in celo manifes
taretur in stabulo. ut q̄
in aperto celo signis side
reis monstrabatur. in
angusto diuersorio que
situs inueniretur. in uali
dus infantilibus menbris
inuolutus infantilibus
pannis. adoraretur a
magis. timeretur amalis.
Timuit eū eum rex herodes
paruulū. quem cogno
uerant magi celo teste
iam natum. Quid erit
tribunal iudicantis. quan
do superbos reges cuna ter
rebat infantis. Quanto
consultius nunc reges.
non sicut herodes interfi
cere querunt. sȝ sicut ma
gi potius adorare delec
tantur. iam presertim
eum. qui et ipsam mor
tem. quam cupiebat ī
inimicus inferre. et pro ipsis
inimicis sustinuit. eā
que in suo corpore occisus
occidit. Lectio sexta.

Pertimeant nunc
reges. ad patris dexterā
iam sedentem. [redacted] quē
rex impie ti muit
adhuc matris ubera lā
bentem. Ille enī rex ul
tor impiorum regum. et rec
tor piorum non ita natus

est. ut reges nascuntur
in seculo. quia et ille natus est.
cuius regnum non est de
hoc seculo. Nobilitas fuit
nascentis. in uirginita
te parientis. et nobilitas
parientis in diuinitate
nascentis. Denique cum
tam multi iam nati. atque
defuncti essent reges
iudeorum. numquam quemquam
eorum magi adoran
dum quesierunt. quia
nec quemquam eorum celo lo
quente didicerunt. Lectio
Hec magorum tercia.
illuminatio. ma
gnum testimonium erat
ut cecitatis iudeorum. In
terra eorum isti requirebant.
quod illi in sua non ag
noscebant. Apud eos
isti infantem inuenerunt.
quem illi apud se docen
tem negauerunt. In his
terris de longinquo isti
peregrini puerum christum
non dum uerba promen
tem adorauerunt. ubi
ciues illi iuuenem mira
cula facientem crucifixe
runt. Isti in membris
paruis deum agnouerunt.
illi in factis magnis nec
tamquam hominem pepercerunt.
quasi plus fuit uidere no
uam stellam. in eius
natiuitate fulgentem.
quam solem in eius morte
lugentem. Quid aliud
in testimonio scripture
quod dixerunt. signifi
cauit diuina prudenti
a. nisi apud iudeos so
las diuinas litteras re
mansuras. quibus gen
tes instruerentur. illi ex
cecarentur. quas porta
rent non ad adiutorium
salutis sue. sed ad testimo

nium salutis nostre.
Item sermo aug. unde su-
pra. Alia die infra oct.
Sollempni. Lco. p̄ma.
tas quam celebra-
mus: xp̄i manifestatio-
nē dn̄i. epyphania gre-
cū nom̄ accepit. Magi
uenerunt ab oriente. re-
gem iudeorum requirunt:
qui tot reges iudeorum nu-
quam antea quesierunt.
Requirunt aūt nō ali-
quē uirilis etatis. siue
grandeuū in humanis
oculis. in excelsa sede cō-
spicuū. exercitib; poten-
tem. armis terrentem.
purpura nitentem. dy-
ademate refulgentem:
s; recens natū in cunis.
uberib; inhiantem: nul-
lo ornatu corporis. nullis
menbrorum uirib;. nullis
parentum opib;. n̄ sua
etate. non suorum potestate
p̄stantē. Querunt regē
a rege iudeorum. ab herode
xp̄m. a grandi paruulū.
a claro latentem: ab excel-
so humilē: a loquente in-
fantē. ab epulento in opē.
a forte infirmum: et tamē
a contempnendo ad oran-
dum. Lco. scda.
Profecto in quo nul-
la pompa regia uidebat:
uera maiestas adorabat.
Denique herodes timet:
magi desiderant. Regē
illi cupiunt inuenire: reg-
num metuit iste finiri.
Utrique postremo querūt:
illi p̄ quem possent uiuē.
ille quem uellet occidere.
Ille in quem grande p̄cīm
committat: illi qui eis oī-
a pcā dimittat. Necat
quippe herodes paruulos
multos: dum ad mortē

uult puenire unius. Et cum ſceleratiſſimā ⁊ crue tiſſimā cedem. tot inno cētib; pficit: ſeipm tan ta iniquitate perimus in terficit. Interea rex nr̄ uerbū infans. magis il lum adorantib;. paruu lis pro morientib;. ſiue iacebat ſiue ſugebat: ⁊ n̄ dum locutus credulos inueniebat: ⁊ non dū paſſus martyres facie

Qvid R. iii. Uer. dicam de infelici tate iudeoꝝ: qui xp̄m magis ubi inueniendus eēt demonſtrauerunt: Similes fabris arche no e qui aliis ubi euaderēt pſtiterunt: ⁊ ipi dilu uio pierunt. Similes lapidib; miliariis ui am oſtenderunt: nec ambulare potuerunt.

Audierunt ⁊ abierunt inquiſitores: dixerunt ⁊ remanſerunt doctores: ⁊ et contrariis afrib; ſepa ti: illi facti ſunt adorato res. iſti pſecutores. Iuuat intueri om̄a: ⁊ in unū adducta conſpectum. aīo cernere ſpectacula ſp̄uali a. Naſcitur xp̄s: uirgo concipit. uirgo parit. uirgo nutrit: adeſt fe cunditas. nec abeſt in tegritas. Angeli annū ciant. paſtores glorifi cant: celi enarrant: ma gi deſiderant. Reges fre micant: iudei demonſ trant. Gentes adorant fruſtrant̄ ſeuientes: coro nantur infantes: admi rantur credentes. Que eſt iſta humilis celſitudo. infirmi fortitudo: paruu li magnitudo: Pfecto

illud uerbum fecit hec om
nia: per quod facta sunt omnia.
Alia die infra octavas Aug'
in sermone. Ante pauci[ss]i
mos. ✠. Lectio prima.

Hodie gentiles ma
gi. stella demon
strante. ad xpm perducti
sunt. Hodie stella ua
nas computationes astro
logorum. diuinationesque
confudit: cum stellarum
adoratoribus creatorem celi
et terre adorandum potius
demonstrauit. Nam ipse
nouam stellam decla
rauit natus: qui anti
quum solem obscurauit
occisus. Illa luce inchoa
ta est fides gentium: illis
tenebris accusata est perfi
dia iudeorum. Quid erat
illa stella. que numquam in
antea apparuit. nec post

ea permansit? nisi mirifi
ca lingua celi. que e
narraret gloriam dei. Sed
quid tanta deuotione
magi natum requirerent?
nisi eum cognoscerent
esse regem iudeorum. qui rex
est et seculorum. Magi stellam
uiderunt in celo: pilatus
tus titulum fixit in terra.
Illi orienti: iste occiden
ti attestabatur regi iude
orum. Aug' in sermone.
Domini et saluatoris. ✠. Le
ctio secunda.

Talem esse natum
magi didicerant:
in quo adorando se salu
tem consecuturos mini
me dubitarent. Nec enim
is erat: cui adulatio ser
uiret. Non sub purpure
sella regalis: non de mem
bris purpura: non de capi
te dyadema fulgebat. Non
pompa famulantium. non

terror exercitus. non glo
sor fama preliorum: hos ad
eum uiros ex remotis te
xerat. Jacebat in prese
pi puer. ortu recens. ex
iguus corpore. contempti
bilis paupertate: sed mag
num aliquid latebat in par
uo. quod illi celo narran
te didicerant. Regina
quidem austri uenit a
finibus terre: non laten
tem dominum sed hominem loquen
tem. non adorare sed au
dire. Hic autem qui dede
rat sapientiam salomoni.
pu adhuc pusillam etatem
iacebat in terris: et per
amplissimam maiestatem
quo regebat in celis. Aug' in
sermone. Prima ✠. Le
Illud uero quale est. Tercia
quod magi positum in pre
sepio uident: nec apud
sensus eorum humilitas

natiuitatis. reuerentiam
diuinitatis imminuit:
Adorant corporibus: et hono
rant muneribus: uenera
tur officiis. Oculis ho
minem uident: et deum ob
sequiis confitentur. Ui
debant ei in eo plus esse.
quod animi hominum: quam
quod oculi prouiderent. Ui
debatur quidem in prese
pio: sed dominabatur in celo.
Intra corpusculum erat:
sed intra se omnia continebat.
Natus quidem ex matre
fuerat: sed matrem suam
ipse creauerat. Et ideo
se ei magi humiliabant:
quem famulari astra cerne
bant. Deum esse cogno
uerant: cui celestia ser
uiebant. Et idcirco ipsa
et eorum munera: diuino
mysterio plena erant.
Dominica infra oct. epiph

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Ephanie fulgenti⁹ i sermo ē

Positis. ✠. Lcō p̄ma.

Xp̄c d̄s qui sibi primicias offerri mandauit. ho natus primicias genci um. hodie suo cultui de dicauit. Pastores fuerūt primicie iudeoꝝ: magi fc̄i sunt primicie gentiū. Illi de prime adducti: isti de longinquo reducti. Vbi est inquiunt. qui natus est rex iudeoꝝ: De herode rege iudeoꝝ: filij iam nati fuerant. Archelaus natus ē in pa lacio: xp̄s in diuisorio. Archelaus natus. in lecto ē appositus: xp̄s aūt in p̄sepio ē collocat⁹. Ille forsitan p̄ciosis in uolutus ē sericis: iste uilissimis inuolutus ē pannis. Et tam̄ ille cō temp̄nitur: iste queri tur. Ille nullatenus no minat⁹: iste inuentus suppliciť adoratur. Sper nitur primogenitus re gis: ⁊ muneribꝫ hono ratur primogenitus pau percule mulieris. Lc. ij.

Quis est iste rex iu deoꝝ paup̄ et di ues. humilis ⁊ sublimis: qui portatur ut paruul⁹: adoratur ut d̄s. paruus in p̄sepio. in mensus in celo vilis in pannis p̄cio sus in stellis: Quid tur baris herodes: Rex is te non uenit reges pug nando superare: sꝫ mori endo mirabiliť subiuga re. Nec natus ē ut tibi succedat: sꝫ ut in eum mundus fideliter credat. Venit non ut pugnet uiuus. sꝫ ut triumphet occisus: nec ut de genti

bus auro exercitū querat.
ſz ut p ſaluandis gentibꝫ.
p̃ciosum ſanguinem fun
dat. Huius pueri regnū
non eſt de hoc mundo.
ſz p ipſum regnat in mundo.
Puer iſte qui Lcō. iij.
p dicit rex iudeoꝝ: idē
creator ē & dn̄s angeloꝝ.
Qua p pter cuius times i
fanciam naſcentis: ma
gis timere debes omnipo
tenciam iudicantis. Noli
eū timere regni tui ſucceſ
ſorem. ſz time infidelitatis
tue iuſtiſſimum dampna
torem. Ite inquit: ut
et ego ueniens adorem eū.
O calliditas ficta: o crude
litas impia: o nequicia
fraudulenta. Sanguis i
nocentū quem crudelit
effudiſti: atteſtatur qđ
de hoc puero uoluiſti. Et
tamē nec illis aliquid no
cuiſti: immo inſcius quod
illis p derat hoc queſiſti.
Iſte itaqꝫ puer te p miſit
ad nequiciam: illos p mi
ſit ad palmam. Lcō. iiii.
Unus idemqꝫ eſt o
herodes. qui tuā
crudelitatem dignatur ef
fugere: cuius maieſtatē
non poteſ effugere. Fugit
enī non formidine huma
na. ſz diſpenſatione diui
na. Fugit non neceſſitate:
ſz poteſtate. Ideo aūt dig
natus eſt in egyptum fu
gere: ut poſtea crucem
dignaretur aſcendere. Et
illa poteſtate puer latuit
in egypto: qua poteſta
te iuuenis pependit in
ligno. Unus enī idemqꝫ
ē mortis ſuſceptor. uiteqꝫ
largitor: unus idemqꝫ i
mortalis ex patre. morta
lis ex matre: p ria poteſ

tate moriens: ppria potes
tate resurgens. Iste itaque
puer qui natus est. ideo
non invenitur in numero
parvulorum morientium:
quia ipse est expectatio gencium.
Sanguis huius pueri.
preterea non cum illorum fu
ditur sanguine puerorum:
quia solus in remissionem
fundendus est peccatorum. Et
illi omnes pueri inaniter
morerentur: nisi huius
pueri sanguine salvarentur.
Iste puer certissime Re. v.
morietur: quia si mori nol
let. nullatenus nascere
tur. Morietur autem non
ut impleat seviciam tuam:
sed ut perficiat mansuetudi
nem suam. Faciet enim eum
mori benignitas propria:
non malignitas aliena.
Morietur. non ut tu infide
lis regnes in seculo: sed ut se

cum regnare faciat fide
les in celo. Morietur non
ut regnum amittat: sed
ut regnaturos acquirat.
Morietur. non ut perdat
brevem vitam: sed ut con
ferat sempiternam. Mori
etur. non ut servus ini
quitatis: sed ut dominus ma
iestatis. Morietur non vin
culo necessitatis: sed proposito
voluntatis. Morietur
mirabiliter: morietur mi
sericorditer: morietur sin
gulariter. Morietur per propri
am potestatem: ut suam
in omnibus impleat volunta
Si nescis Re. vi. tem.
cis veram huius
pueri claritatem: attende
stellam in celo fulgentem.
magos precedentem: viam
ignorantibus ostendentem.
Hec stella numquam an
te apparuit: quia nunc eam

puer iste creauit: & magis
ad se uenientibus obuiam de
putauit. Iste puer in pre
sepi quidem paruulus col
locatur: sed magnus in ce
lo mirabiliter operatur. Per
mittit se manibus in terra
portari: sed precepit sibi ce
lestia famulari. Et no
uo quidem sidere tunc ce
lum micabat: sed magis
nouo mundus lumine
fulgebat. Nec mirum.
si celorum dominum testimonium
celeste prosequitur: si con
ditorem suum obsequiis fac
tura testatur. Admira
batur quidem terra. quod
nouam stellam uidebat
in celo: admirabatur ce
lum. quod nouum solem uide
bat in terris. Lectio .vij.

In illo tempore: Secundum Lucam.

Cum factus esset ihesus annorum
duodecim. ascendentibus pa
rentibus eius iherosolimam.
secundum consuetudinem di
ei festi. consummatisque diebus
cum redirent. remansit
puer ihesus in iherusalem: & non
cognouerunt parentes eius.
Et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbiteri.

Quod dominus per omnes
annos cum parentibus
in pascha iherosolimam
uenit: humane nimirum
humilitatis est indicium.
Hominis namque est. ad
offerenda deo sacrificia spiritu
alium uota concurrere:
& auctorem suum orationibus
lacrimisque sibi conciliari
propiciis. Fecit ergo dominus in
ter homines homo natus:
quod faciendum hominibus in
spirauerat deus. Seruauit
ipse legem quam dedit:
ut nobis qui puri homines
sumus. seruandum per omnia
quecumque deus ostenderet. Se

quam̄ iter humane conu-
sationis eius. si deitatis
glām delectamur intue-
ri: si optamus habitare
in domo eius eterna in
celis. omnibꝫ diebus ui-
te nr̄e. Lc̄o. viij.

Quod aūt duodennis
in templo sedit. in medi-
o doctoꝝ. audiens ⁊ in-
terrogans illos. humane
ē humilitatis indicium:
immo etiam eximium dis-
cende humilitatis exem-
plum. Dei quippe uirt[us]
⁊ dī sapīa. eternaqꝫ diui-
nitas. que loquitur. ego
sapīa habito ī consiliis. ⁊
eruditis intersum cogitati-
onibꝫ. meū est consilium
⁊ equitas. mea est prudē-
tia. mea ē fortitudo. per
me reges regnant. ⁊ legū
conditores iusta decernūt.
beatus homo qui audit
me. ⁊ qui uigilat ad fo-
res meas cottidie. ⁊ ob-
seruat ad postes ostii me-
i: ipā homine induta.
ad audiendos homines
uenire dignata ē: ut
nimirū hoībꝫ q̄muis
sūmo ingenio p̄ditis. ne-
cessariam discendi ūbi
formam p̄rogaret: ne
si discipuli ueritatis fi-
eri refugerent: magr̄i
efficerentur erroris. Rc. ix.

Bene aūt qui
duodennis erat. doc-
trine subiturus officiū.
puerulus adhuc seniores
audit ⁊ interrogat: ut
uidelicet eoꝝ p̄uida dis-
pensatione compescat
audaciam. qui nō solū
indocti. sꝫ etiam impube-
res. ad docendū p̄rum-
pe magis quam ad dis-
cendum uolunt sūmitti.

Sequamur iter eius hu-
militatis. si nos man-
sio delectet diuine visiōis:
memores sempr illius pcep-
ti. Audi fili mi disciplinā
pr̄is tui. et ne dimittas le-
gem matris tue: ut ad-
datur grā capiti tuo. et tor-
ques collo tuo. Pauditū
quippe discipline paterne.
ac pobseruantiā materne
legis grā capiti nrō. et tor-
ques collo additur: quia
qn̄to quis diuinis inten-
tus fuit auscultare pcep-
tis. quanto ea que didi-
cerit. unitate matris
ecce diligentius obserua-
re studuerit: tanto et nūc
dignus ad honorem pdicā-
di. et in futuro sublimius
ascendet ad ltitudinē. cū
xpo sine fine regnandi.
Smo bti augustini unde
supra. R. In octauis

Epyphie. Lcō prima.
Proxima frēs kmi.
sacri natalis die. natus
est dn̄s: nunc baptizat.
Tunc nos genuit ad ui-
tam: nunc regenerauit
ad salutem. Tunc adam
suscepit pctm: nunc
abluit pccōrem. Illum g
currentes aque tunc in-
fluebant: s3 pccā nr̄a sec
portabant. De illo gut-
te baptismatis fluebant:
s3 nr̄a iniquitatis crimina
defluebant. Omnia simul
et potencia dei. Nec dum
eramus i mundo: et iam
abluebamur in baptismo.
Nam qa fuit baptismatis
ratio: ut aque que pur-
gature erant. ab illo an-
tea purgarentur. Tunc eī
xpm dnm. n tam lauit
unda: qm lota ē. Tibi
g nascendo xps aduenit:

Et uiuendo militauit: ibi
moriendo consumeret. Quem
propterea uides mortuum: proinde in-
tellige baptizatum. Lc. iii.

Hodie ergo consecratus
est in iordane: ut e-
odem tempore et ederetur per
uirginem. et per mysterium
gigneretur: ut quem nunc
miramur incorrupta matre
progenitum: nunc suscipia-
mus pura unda sanctificatum.
filium genuit mater et casta est:
xpm unda lauit et sancta est.
Nam sicut post partum glorifica-
ta est marie castificatio: i-
ta post baptismum. aque est
purificatio completa: nisi
quod pene maiori munere
quam maria. unda dita-
ta est. Illa enim sibi tantum
meruit castitatem: ista
nobis contulit sanctificationem.
Illa meruit ne peccaret:
ista ut peccata purgaret. Il-
la propria delicta a se repudi-
at: ista aliena condonat.
Illi est collata uirginitas:
isti est donata fecunditas.
Illa unum peperit et
pura est: ista generat
plures et uirgo est. Illa pre-
ter xpm nescit alium fi-
lium: ista cum xpo mater
est populorum. Lectio tercia.

Natalis est ergo hodi-
e alter quodammodo
saluatoris. Nam isdem eum
signis cognoscimus geni-
tum: sed nunc maiori mys-
terio baptizatum. Spiritus s-
anctus qui tunc illi in utero
affuit: modo eum in gurgi-
te circumfulsit. Qui tunc
mariam castificauit: nunc
fluenta sanctificat. Pater qui
tunc obumbrauit in uir-
tute: nunc clamat in uoce.
Preclarior est hec sancta. quam
prima natiuitas. Illa enim

sine teste silentio xp̄m ge
nuit: ista cum diuinitatꝭ
ꝓfessione dn̄m baptizauit.
Ad illa se ioseph. qui pat̄
putabatur excusat: hic se
pater qui non credebatur
insinuat. Ibi laborabat suſ
picionibꝫ mat̄. q̄ deerat
pater: hic honoratur geni
trix: q̄ filium diuinitas pro
testatur. Hic p̄r d̄s maieſ
tatis inscribitur: illic pat̄
ioseph artifex estimatur.
In sermone. Pleriq; qui
dicit ēē ambrosij. ✠. Leō.
Multa mirabilia uij
in iordane f̄c̄a ēē.
scriptura cōmemorat. Pu
to aūt mirabilius: q̄d ho
die f̄c̄m est. Ante retrorsū
aque cōuse fuerant: m̄ re
trorsum pc̄ā conuersa sunt.
Tunc impetus fluminis
alueū sui cursus ꝑdidit:
nunc impetus pc̄c̄oꝝ. ho
minē sui erroris amisit.
Helyas ibi fecit diuisionē
undarum: xp̄s operatus sepa
rationem ē pc̄c̄oꝝ. Ille sta
re fluenta precepit: hic c̄
mina. Sub helya fluct̄
ꝑmordia fontium. de
quibꝫ exierunt ꝑierunt:
sub xp̄o homines ad origi
nē. de qua infancia fluant
exorti. sunt reuersi. Fluui
us q̄ quondam exsiccatus
est: nunc totus si potuisset
undis in unum locum cō
gregari uoluerat. ut dn̄i
corpus attingeret. Baptiza
tus ē xp̄s ⁊ erecti prius de
mones occuerunt: ⁊ mū
dato mundo. gehenne ig
nis extinctus est. Maxi
mus in sermone. Licet fr̄s.
Inter hoies. ✠. Leō. S̄.
quos baptista uitero se
mini comparauit: ille uirtu
tū celestium dn̄s. qui re

spicit terram. et facit eam tremere. non dedignatur ad servuli baptismum properare. Et ecce aperti sunt ei celi. Estimo. ut in celestibus esset miraculum de his que gerebantur in terris: sicut ait scriptura. in quem desiderant angeli conspicere. Quomodo enim poterant non mirari virtutes celorum. et dominationes cherubin et seraphin. cum viderent dominum sabaoth. in flumine ab homine baptizari? Mirifico quodam mysterio. vel tactu sui corporis. vel transitu glorie sue. omnem creaturam sanctificat: vivificat et illustrat. Aquas consecrat dum baptizatur: terram sanctificat dum sepelitur. Mortuos suscitat. dum resurgit: celestia glorificat dum ascendit. In sermone

Quia constat. qui dicitur esse ambrosii. Lectio vi.

Pingi debemus fratres eodem fonte quo christus: ut possimus esse quod christus. Nam salva fide dixerim: gratius puto hoc baptismum esse quo abluimur. Hoc enim celebratur per christum: illud per iohannem. In illo se magister excusat: in isto nos salvator invitat. In illo iusticia semi plena: in isto trinitas est perfecta. Ad illud sanctus venit. sanctus egressus est: ad istud peccator venit. et sanctus abscedit. In illo benedictio confertur mysteriis: in isto per mysterium peccata donantur. Tunc trinitatem carnalibus oculis vidimus: modo eam fidei oculis contemplamur. Tunc christum vix humanus vultus aspexerit: nunc eum mens

humana complectitur. Tunc
sp̄s sc̄s in columbe specie ho
minē circumfudit: modo
se interiora infundit. Tē
sat̄ in auditu uocis ad
uenit: modo ip̄ē cum fi
lio ad nos descendit. Lc̄o

I. vij. Sc̄dm matheum.

In illo T. Venit ih̄s a ga
lylea in iordanē ad iohēm:
ut baptizaret̄ ab eo. Et rel.

Omel venābil B. p.

Lectio sc̄i euangelij q̄
modo fr̄s audiuimus:
magnū nobis et in dn̄o et
in seruo. dat ip̄se humili
tatis exemplū. In dn̄o quidē:
quia cū sit dn̄s ds̄. non solū
ab homine seruo baptiza
ri. uerum ēt ip̄ē ad hunc
baptizandus uenire dig
natus est. In seruo aūt:
quia cū sciret p̄cursorem se
ac baptistam sui saluato
ris ēē destinatum: mensu

ram p̄prie fragilitatis in
iunctū sibi officium hu
militer recusauit dicēs.
Ego a te debeo baptizari:
et tu uenis ad me. Lc viij.

Uenit filius dī bap
tizari ab hoīe. nō
aliqua necītate abluendi
alicuius sui pcc̄i. qui pec
catum n̄ fecit ullum. nec
inuentus est dolus in o
re ei. Sz pia dispensatioē
abluendi omīs nr̄i conta
gionem pcc̄i. qui in mul
tis offendimus omīs. et
si dixerimus quia pcc̄m n̄
hēmus. nos ip̄os seduci
mus. et ūitas in nobis n̄
est. Venit baptizari in
aquis. ip̄arum conditor a
quarum: ut nobis qui ini
quitatibz concepti. et in
delictis sumus generati.
secl'e natiuitatis que p
aquam et sp̄m celebratur.

appetendū insinuaret myſterium. Dignatus ē lauari aquis iordanicis qui mundus erat a sordibꝫ cunctis: ut ad diluendas nr̄oꝝ ſordes ſcelerum. omnium fluenta ſcificaret aquaꝝ. ix.

Quia uō humillimā dn̄i dispenſationē ex lectione euengelica agnouimus: eciam ſerui humillimam obedicionē. ſollicita intencione uideamus. Sequitur. enī. Johes phibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu uenis ad me: Expauit illum ad ſe uenisse. ut baptizaretur aqua. cui nulla inerat que baptiſmo tergeretur culpa: imo qui pſui grām ſpūs. cunctam credentibꝫ mundi tolleret culpam. Vnde recte intelligitur. qđ hic dicit iohes ego a te debeo baptizari. hoc eē qđ apud euengelistam iohem. illo ad ſe ueniente dixisse narratur: ecce agnus dei. ecce qui tollit pcc̄a mundi. Ab illo enī debemus oēs baptizari: qui ad hoc uenit in mundum. ut pcc̄a tolleret mundi. Dn̄ica .i. post oct̄ epyph̄. ut. Ep̄a.

Paulus uacāte. Rc̄ .i.

Paulus ſeruus ihu xp̄i. uocatus apl̄s. ſegregatus in euengeliū dei. qđ ante promiserat pphas ſuos. in ſcripturis ſcīs de filio ſuo. q̄ fc̄s ē ei ex ſemine dauid ſcđm carnem: q̄ pdestinatus ē filius dei ī uirtute. ſecundū ſp̄m ſcificatiōis ex reſurrectione mortuoꝝ ihu xp̄i dn̄i nr̄i. p quem accepimus grām et aplatū. ad obediendū fidei in oībꝫ gentibꝫ p noīe eius. in quibꝫ

estis et uos uocati ihu xpi:
omnibus qui sunt rome di
lectis dei. uocatis sanctis: gratia
uobis et pax a deo patre nostro.
et dno ihu xpo. Lectio secunda.
Primum quidem gratias
ago deo meo per ihm
xpm pro omnibus uobis: quia fides
uestra annunciatur in uniuerso
mundo. Testis enim est mihi deus.
cui seruio in spiritu meo in euan
gelio filii eius: quod sine inter
missione memoriam uestri fa
cio semper in orationibus meis:
obsecrans si quomodo tandem aliquando
prosperum iter habeam in uo
luntate dei ueniendi ad uos.
Desidero enim uidere uos. ut a
liquid impertiar uobis gratie
spiritualis. ad confirmandos
uos: id est simul consolari
in uobis. per eam que inuicem
uestram est fidem atque meam.
Nolo enim uos Lectio iii.
ignorare fratres: quia se

pe proposui uenire ad uos. et
prohibitus sum usque adhuc:
ut aliquem fructum habeam
et in uobis. sicut et in ceteris gen
tibus. Grecis ac barbaris.
sapientibus et insipientibus de
bitor sum: ita quod in me
promptum est. et uobis qui
rome estis euangelizare.
Non enim erubesco euangeli
um. Virtus enim dei est in
salutem omni credenti: iudeo
primum et greco. Iusticia enim
dei in eo reuelatur ex fide in
fidem: sicut scriptum est. Iustus
autem ex fide uiuit. Lectio iiii.
Reuelatur ira vel. i.
dei de celo super omnem
impietatem et iniusticiam ho
minum: eorum qui ueritatem
dei in iniusticia detinent. Quia
quod notum est dei: manifes
tum est in illis. Deus enim il
lis reuelauit. Inuisibilia
enim ipsius a creatura mundi.

per ea que facta sunt intellec
ta conspiciuntur: sempiterna
quoque eius uirtus et diui
nitas: ita ut sint inexcu
sabiles. Quia cum cognouis
sent deum: non sicut deum glorifi
cauerunt. aut gratias egerunt:
sed euanuerunt in cogitatio
nibus suis: et obscuratum
est insipiens cor eorum. Dicentes
enim se esse sapientes: stulti facti
sunt. Lc. v. vl. ij.
Et mutauerunt glo
riam incorruptibilis dei: in
similitudinem ymaginis
corruptibilis hominis. et uo
lucrum et quadrupedum
et serpentium. Propter quod tradi
dit illos deus in desideria cor
dis eorum. in inmundiciam:
ut contumeliis afficiant.
corpora sua in semet ipsis. Qui
commutauerunt ueritatem dei in
mendacium: et coluerunt et
seruierunt creature potius

quam creatori. qui est benedictus
in secula amen. Propterea (tradidit) illos deus
in passiones ignominie. Nam
femine eorum inmutauerunt
naturalem usum: in eum u
sum qui est contra naturam.
Similiter Lc. vij. vl. iij.
autem et masculi. re
licto naturali usu femine ex
arserunt in desideriis suis.
inuicem masculi in mas
culos turpitudinem operantes:
et mercedem quam oportuit er
roris sui in semet ipsis reci
pientes. Et sicut non probauerunt
deum habere in noticia: tradi
dit illos deus in reprobum sen
sum. ut faciant ea que non
conueniunt: repletos omni
iniquitate. malicia. forni
catione. auaricia. nequicia:
plenos inuidia. homicidi
is. contentione. dolo. malig
nitate. susurrones. detrac
tores deo odibiles. contume

60

liosos. superbos. elatos. inuētores malorum. parentibus non obedientes. insipientes. incompositos: sine affectione. absque federe. sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognouissent: non intellexerunt. quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui faciunt ea: sed et qui consentiunt facientibus. Lc. viii. S. Johem

In illo tempore: Nuptie facte sunt in chana galylee: et erat mater ihesu ibi. Et reliqua. Omelia ven. Bede presbiteri.

Quod dominus noster atque saluator ad nuptias uocatus non solum uenire. sed et miraculum ibidem quo conuiuas letificaret. facere dignatus est: exceptis sacramentorum celestium figuris. etiam iuxta litteram fidem recte credentium confirmat. Quero taciani et marciani. ceterorum quoque qui nuptiis detrahunt perfidia. quam sit dampnabilis insinuat. Si enim thoro inmaculato. et nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset: nequaquam dominus ad has uenire. neque signum eas signorum suorum initiis consecrare uoluisset.

Nunc autem quia Lc. viiii. bona est castitas coniugalis. melior continentia uidualis. optima perfectio uirginalis: ad comprobandam omnium electionem graduum. discernendum meritum singulorum: ex intemerato marie uirginis utero nasci dignatus est: a prophetico anne uidue ore mox natus benedicitur: a nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatur: et hos sue presencia uirtutis honorat. Sed altior est celestium leticia fi

iuuenis

gurar. Miracula namq; ſtructus infra. dei filius ue nit ad nuptias: ut ipſum ſe eē doceret. de quo ſub typo ſolus pſalmiſta p̄ci nit. Et ipſe tamq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo. Sponſus ḡ Lcō. xx. xp̄s. ſponſa eī eccā. filii ſponſi uł nuptiaꝝ. ſin guli quiq; fidelium eī ſunt. temp̄ nuptiaꝝ ē tempus illud. qn̄ p incarnationis myſterium. ſcām ſibi eccām ſociauit. Non ḡ caſu ſꝫ cer ta grā myſterii uenit ad nup tias. in terra carnali mo re celebratas: qui ad copu landam ſibi ſp̄uali amore eccām. de celo deſcendit ad t̄rā: cui quidē thalam̄ incorrupte uirginis uter̄ fuit: in quo d̄s hūane na ture coniunctus ē ⁊ ex quo adſociandā ſibi eccām. tā qm̄ ſponſus proceſſit. Lc. i.

Inexcuſabilis es o uel. iiii. homo omnis q̄ iudicas. In quo eī iudicas alterū: te ipſum cōdempnas. Eadē eī agis. que iudicas. Sci mus eī: qm̄ iudiciū dei ē ſc̄dm ūitatem. in eos qui talia agunt. Exiſtimas aūt hoc o homo. qui iudicas eos q̄ talia agunt. ⁊ facis ea: qr̄ tu effugies iudicium dei? An diuicias bonitatis eī. ⁊ paciē ⁊ longanimitatis contempnis: Ignoras qm̄ benignitas dei. ad penitē ciam te adducit: Lc. ii. uł. v. Secdm duriciam aūt tuam ⁊ cor impeni tens. theſaurizas t̄ iram in die ire. ⁊ reuelationis iuſti iudicii di: qui red det unicuiq; ſcdm opa ſu a. Hiis quidē qui ſcdm paciam boni opis. glām.

et honorem et incorruptionem
querentibus vitam eternam.
His autem qui ex contentione.
et qui non acquiescunt veri-
tati. credunt autem iniquitati:
ira et indignatio. tribula-
tio et angustia. in omnem
animam hominis operantis
malum. iudei primum et
greci. Lectio tercia. vi. vii.
Gloria autem et honor
et pax omni operanti
bonum: iudeo primum et
greco. Non est enim personarum
acceptio apud deum. Qui-
cumque enim sine lege pecca-
verunt: sine lege peribunt. Et
quicumque in lege peccave-
runt: per legem iudicabun-
tur. Non enim auditores le-
gis iusti sunt apud deum:
sed factores legis iustificabuntur.
Cum enim gentes que legem
non habent. naturaliter ea que
legis sunt faciunt: eiusmodi
legem non habentes. ipsi sibi sunt
lex: qui ostendunt opus le-
gis scriptum in cordibus suis.
testimonium illis reddente
conscientia ipsorum. et inter se invicem
cogitationum accusantium
aut etiam defendentium. in die
cum iudicabit deus occulta
hominum. secundum evangeli-
um meum per ihesum christum.
Si tu iu- Lectio prima
deus cognomina-
ris. et requiescis in lege et
gloriaris in deo. et nosti vo-
luntatem eius. et probas uti-
liora. instructus per legem:
confidis te ipsum esse ducem
cecorum. lumen eorum qui in tenebris
sunt. eruditorem insipienti-
um. magistrum infantium habentem
formam scientie et veritatis in lege.
Qui ergo alium doces: te ipsum non
doces. Qui predicas non furan-
dum: furaris. Qui dicis non me-
chandum: mecharis. Qui

abhominaris ydola: sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris: per preuaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes: sic scriptum est.

Circumcisio Lectio .ii. quidem prodest si legem obserues. Si autem preuaricator legis sis: circumcisio tua preputium facta est. Si igitur preputium iusticias legis custodiat: nonne preputium illius in circumcisionem reputabitur. Et iudicabit quod ex natura est preputium, legem consummans, te qui per litteram et circumcisionem preuaricator legis es. Non enim qui in manifesto iudeus est, neque que in manifesto in carne circumcisio: sed qui in abscondito iudeus est. et circumcisio cordis in spiritu non littera: cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. Lectio iii.

Quid igitur est amplius iudeo: aut que utilitas circumcisionis. Multum per omnem modum. Primum quidem: quia credita sunt eis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt. Numquid incredulitas eorum fidem dei euacuauit. Absit. Est autem deus uerax: omnis autem homo mendax: sic scriptum est. Ut iustificeris in sermonibus tuis: et uincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iusticiam dei commendat: quid dicemus. Numquid iniquus est deus: qui infert iram. Secundum hominem dico: absit. Dominica ii. post oct. epyphanie Lectio i.

Paulus uocatus apostolus ihesu christi per uoluntatem dei. et sostenes frater

ecce dei que ē chorinthi . scifi
catis in xp̄o ihū . uocatis scīs .
cum omnibꝫ qui inuocant
nomē dnī ihū xp̄i . in omni
loco ipsorum ⁊ nr̄o : grā uob
⁊ pax a deo patre nr̄o . ⁊ dn̄o
ihū xp̄o . Grās ago d̄o meo
semꝑ ꝓ uobis . in grā dei
que data ē nobis in xp̄o
ihū : qꝛ in omnibꝫ diuites
fcī estis in illo . in oī u̾bo
⁊ ī omi scīa . sic testimoni
um xp̄i ꝯfirmatum ē in
uobis : ita ut nichil uob
desit in ulla grā . expec
tantibꝫ reuelationē dnī
nr̄i ihū xp̄i : qui ⁊ ꝯfir
mabit uos usqꝫ in finem
sine crimine . in die aduē
tus dnī nr̄i ihū xp̄i . Lc ii.

Fidelis aūt ds :
ꝑ quem uocati estis
in societatem filij eī ihū x̄
dnī nr̄i . Obsecro aūt uos
fr̄es . ꝑ nomē dnī nr̄i ihū
xp̄i . ut id ipm̄ dicatis om̄s :
⁊ n̄ sint in uobis scismata .
Sitis aūt ꝑfcī in eodem
sensu : ⁊ in eadem sciencia .
Significatum ē ei mī fr̄es mī .
de uobis ab hiis qui sunt
cloes : qꝛ intentiones sunt
inter uos . Hoc aūt dico :
qđ unusquisqꝫ ur̄m dicat .
Ego quidem sum pauli :
ego aūt apollo . ego uō ce
phe : ego aūt x̄ . Diuisus
est xp̄s : Numquid paul
crucifixus est ꝓ uobis : aut
in noīe pauli baptizati
estis : Lco t̄cia.

Grās ago d̄o meo .
qđ neminē ur̄m baptiza
ui . nisi crispum ⁊ gaium :
ne quis dicat qđ in noīe
meo baptizati estis . Bap
tizaui aūt ⁊ stephane do
mum : ceterum nescio si
quem aliū baptizauim .
Non eī misit me xp̄s bap

tizare: ſz evvangelizare. nō
in ſapientia ūbi: ut ñ eua
cuetur crux xpī. Vbum eñ
crucis pereuntibꝫ quidē ſtul
ticia eſt: hiis aūt qui ſal
ui fiunt. idē nobis uirt᷒
dei eſt. Scriptum eſt enī.
Perdam ſapīam ſapientiū:
ꝛ prudentiam prudentium
reprobabo. Ꝛc. iiij
Vbi ſapiens: Vbi
ſcriba: Vbi conquiſitor
huiꝰ ſcli: Nonne ſtultā
fecit dꝰs ſapīam huius mū
di. Nam qꝛ in dei ſapien
tia. non cognouit mun
dus p ſapīam deū: placu
it dō. p ſtulticiam pdica
tionis ſaluos facere cre
dentes. Qm̄ ꝛ iudei ſignā
petunt: ꝛ greci ſapīam
querunt. Nos aūt pdi
camus xpm̄ crucifixum:
iudeis quidē ſcandalum.
gentibꝫ aū ſtulticiā: ipīs
aūt uocatis iudeis atqꝫ g
cis. xpm̄ dei uirtutem ꝛ
dei ſapīam. Quia qđ ſtul
tum eſt dei. ſapientius eſt
hoīb꜒: ꝛ qđ infirmum ē di.
fortius eſt hominibꝫ. Lcō
Videte eī uoca v.
tionem urām frēs:
qꝛ ñ multi ſapientes ſecū
dum carnem. ñ multi po
tentes. non multi nobiles:
ſz que ſtulta ſunt mundi
elegit dꝰs. ut confundat
ſapientes: ꝛ infirma mū
di elegit dꝰs. ut cōfundat
fortia. Et ignobilia mun
di. ꝛ cōtemptibilia elegit
dꝰs. ꝛ ea que ñ ſunt. ut ea
que ſunt deſtrueret: ut
nō glier᷑ omīs caro in con
ſpectu eiꝰ. Ex ipō aūt uos
eſtis in xpō ihū: qui fcūs
eſt nobis a dō ſapīa ꝛ iuſ
ticia. ꝛ redemptio: ut que
admodum ſcriptū eſt: q

gl'iatur. in dn̄o glietur.
[E]t ego cum *Lc vi.*
uenissem ad uos fr̄s.
ueni n̄ in sublimitate sermo
nis aut sapīe: annuncians
uobis testimoniū xp̄i. Non
enī iudicaui me scire aliq'd
inter uos: nisi xp̄m ihm.
et hunc crucifixum. Et ego
in infirmitate et timore et tre
more multo fui apud uos:
et sermo m̄s et p̄dicatio mā.
n̄ in psuasibilibz huāne sa
pientie uerbis: sz in ostensi
one sp̄s et uirtutis: ut fides
urā nō sit in sapīa hominū.
sz in uirtute dei. *Lc viii. S' math.*
[I]n illo Tp̄e: Cum descendis
set ihs de monte: secute
sunt eum turbe multe.
Et ecce leprosus ueniens:
adorabat eum dicens. Do
mine si uis: potes me
mundare. Et reliqua.
Omel' Origenis. [illegible]

[D]ocente in monte do
mino. discipuli ue
nerunt ad eū: sic ala
cres. sic domestici. sic p̄x
imi. sic amici ul' fr̄s.
Ideo et dn̄s ait ad illos. Vos
estis sal terre: uos estis
lux mundi. Nunc uero
descendente eo de monte.
turbe secute sunt eum:
que in montem ascendere
n̄ potuerunt: ut pigri po
puli. ut neglientes. ut ī
pfecti. Ita et filij isrl' primi
tus in monte ascendere n̄
ualuerunt: ad obuiandū
deo p̄gere n̄ potuerunt: pp̄
suam irreligiositatē et ipie
tatem: sz solus moyses
ascendit. et pauci cum eo
seniores isrl'. Ita et cum do
mino discipuli soli ī mōtē
ascenderunt: et tardiores
deorsum steterunt.
[D]escendente *Lc viiii.*

nunc dn̄o. hoc ē inclinante
se ad infirmitatē. ꝛ impo
tenciam ceterorum. misericor
qꝫ imp̄fcōni eorum ul' infir
mitati. secute sunt eum
turbe multe: aliq̄ sunt ꝑꝑt
caritatem. aliq̄ sunt ꝑpter
doctrinam. aliq̄ sunt ꝑpter
admirationem ꝛ curatio
nem. Et ecce homo leprosus.
unus ex illis qui curam
querebant. qui leuamen
desiderabant. Ecce leprosus
ueniens: adorabat eum
dicens. Dn̄e. si uis potes
me mundare. Deorsum
currens rogas o homo?
ꝛ in monte nichil dicis?
Quare sic? Quia tempus
ꝛ tempora omī rei sub celo.
Tempus doctrine: ꝛ temp᷑
curatiōis. In monte docuit.
illuminauit. monuit: ani
mas curauit. corda sana
uit. Postea g̊ ego illa ma

iora temptare nolui: illa
summa tardare passus sū.
Ipsis ergo ab illo Lc. ix.
cōpletis: deorsum eo de
monte ad curandū des
cendente. sicuti de celo.
sicuti de celestibꝫ montibꝫ.
ad saluandos carnales
descendente: uenit ad e
um homo leprosus ado
rans eum. Antequam pe
teret. adorare cepit: antq̄
rogaret. culturam osten
dit. Adorauit eū: ꝑ hoc
ip̄o dn̄i ꝛ dn̄m eū inuo
cans. adorabat eum. Sic
ꝛ illi beati magi. prius ꝓ
cidentes adorauerunt eū:
ꝛ ita demum ei munera
obtulerunt. Eodem m̄ ꝛ
nunc iste cadens adorabat:
ꝛ sic supplicem postulatio
nē dn̄o obtulit dicens. Tu
dn̄e qui digne adoraris.
qui merito coleris? te ego

ut dm̄m adoro: ideoq; et
dm̄m dico. om̄a prius con
testans. & sic uerba loquens.
Per omnia f̄c̄a sunt. F̄c̄ sc̄di

Sapiām loqui Ce. i.
mur inter pfc̄os.
Sapiam uō non hui' sc̄li.
neq; principum hui' sc̄li:
qui destruuntur: s; loqm̄
dei sapiām in mysterio q̄
abscondita est: quam pre
destinauit d̄s ante sc̄la in
gl'am nr̄am. quam nemo
principū huius sc̄li cogno
uit. Si eī cognouissent:
numquam dm̄m gl'ie cru
cifixissent. Sz sic scriptum
ē: qd oculus ñ uidit nec
auris audiuit. nec in cor
hoīs ascendit. que p̄parauit
d̄s hiis. qui diligunt illū.
Nobis aūt reuelauit d̄s.
p sp̄m suū. Sp̄s eī omnia
scrutatur: & profunda de
i. Lectio secunda. xv

Quis enī scit hoīm q̄
sunt hoīs: nisi sp̄s
hominis qui in ip̄o est?
Ita & que dei sunt nemo
cognouit: nisi sp̄s dei. Nos
aūt sp̄m huius mundi nō
accepimus. s; sp̄m qui ex
deo ē: ut sciamus que a dō
donata sunt nobis: que
& loquim̄ ñ in doctis hu̅ane
sap̄ie uerbis. s; in doctrina
sp̄s: sp̄ualibz sp̄ualia con
parantes. Animalis aūt hō
non p̄cipit ea que sunt sp̄s
dei. Stulticia eī est illi:
& ñ potest intelligere: q̄a
sp̄ualit examinatur. Sp̄ri
alis aūt iudicat omīa: &
ip̄e a nemine iudicatur.
Quis enī cognouit sensū
dnī? aut quis instruxit
eū? Nos aūt sensum xp̄i
habemus. Lc̄o iii.
Et ego frēs ñ potui
uobis loqui quasi sp̄ualibz

64

ſʒ quaſi carnalibꝫ. Tamq̄
paruulis ī xp̄o: lac uobis
potum dedi. non eſcam.
Non dum eī poteratis: ſʒ
nec nunc quidem poteſtis.
Adhuc enim carnales eſ
tis. Cum eī ſit inter uos
zelus ⁊ contentio: nonne
carnales eſtis. ⁊ ſecđm hoī
nē ambulatis: Cum enī
quis dicat. ego quidem
ſum pauli. alius aūt ego ſum
apollo. nōne homines eſ
tis: Quid igˀ eſt apollo:
Quid uō paulus: Miniſ
tri eius cui credidiſtis. Et
unicuiqꝫ ſic dn̄s dedit. Fr̄s
Ego tercia. Lcō. i.
plantaui: apollo
rigauit: ſʒ dš incrementū
dedit. Itaqꝫ neqꝫ qui plā
tat eſt aliquid neqꝫ qui
rigat: ſʒ qui incremītum
dat dš. Qui plantat aūt
⁊ qui rigat: unum ſunt.

Vnuſquiſqꝫ aūt ꝓpriam m̄
cedem accipiet. ſecđm ſuū
laborem. Dei enī ſumus
adiutores: dei agricultura
eſtis: dei edificatio eſtis.
Secđm grām que data ē
m̄. ut ſapiens architectus
fundamentum poſui: ali
us aūt ſuꝑedificat. Vnᵘ
quiſqꝫ aūt uideat: quomº
ſuꝑ edificet. fundamentū
eī aliud nemo poteſt ponē.
ꝑter id qđ poſitum eſt qđ
eſt xp̄s ih̄s. Lcō ſecūda.
Si quis aūt ſuꝑedifi
cat ſuꝑ fundamītum
hoc. aurum. argentum. la
pides ꝓcioſos. ligna. fenū.
ſtipulam: uniuſcuiuſqꝫ opᵘ
manifeſtum erit. Dies enī
dn̄i declarabit: qꝛ in igne
reuelabitur. Et uniuſcuiᵘ
qꝫ opus quale ſit: ignis
ꝓbabit. Si cuiᵘ opus mā
ſerit qđ ſuꝑedificauit: m̄

eadem accipiet. Si cuius opus
arserit: detrimentum patietur.
Ipse aut salvus erit: sic tamen
quasi per ignem. Nescitis quia
templum dei estis: et spiritus dei
habitat in vobis. Si quis
aut templum dei violaverit:
disperdet illum deus. Tem
plum enim dei sanctum est: quod estis.
Nemo se Lc. iii. Vos.
seducat. Si quis in
ter vos videtur esse sapiens
in hoc seculo: stultus fiat ut
sit sapiens. Sapientia enim huius
mundi: stulticia est apud
deum. Scriptum est enim.
Comprehendam sapientes
in astucia eorum. Et iterum.
Dominus novit cogitationes
sapientium: quoniam vane sunt.
Nemo itaque glorietur in homi
nibus. Omnia enim vestra sunt:
sive paulus sive apollo.
sive cephas. sive mundus.
sive vita. sive mors. sive

presencia. sive futura. Omnia
vestra sunt: vos aut xpi. xpus
aut dei. Fer. iiii. Lc. i.
Quid habes quod non
accepisti. Si aut
accepisti: quid gloriaris
quasi non acceperis. Iam
saturati estis: iam divites
facti estis. Sine nobis reg
natis: et utinam regnetis:
ut et nos vobiscum regne
mus. Puto aut quod deus
nos apostolos novissimos os
tendit. tamquam morti
destinatos: quia spectaculum
facti sumus mundo et ange
lis. et hominibus. Nos stulti
propter xpm: vos aut pruden
tes in xpo. Nos infirmi:
vos aut fortes. Vos no
biles: nos ignobiles aut.
Usque in hanc Lc. ii.
horam et esurimus
et sitimus. et nudi sumus.
et colaphis cedimur: et in

stabiles sumus: et laboramus
operantes manibus nostris. Ma-
ledicimur. et benedicimus.
Persecutionem patimur: et sus-
tinemus. Blasphemamur:
et obsecramus. Tamquam
purgamenta huius mundi
facti sumus: omnium peripsi-
ma usque adhuc. Non ut
confundam vos hec scribo:
sed ut filios meos karissimos mo-
neo. Nam si decem milia
pedagogorum habeatis in christo:
sed non multos patres. Nam
in christo ihesu per evangelium
ego vos genui. Lectio tercia.
Rogo ergo vos. imita-
tores mei estote: si-
cut et ego christi. Ideo misi
ad vos thimotheum. qui
est filius meus karissimus et fidelis
in domino. qui vos commone-
faciat vias meas. que sunt
in christo ihesu: sicut ubique in omni
ecclesia doceo. Tamquam non ven-
turus sim ad vos: sic in-
flati sunt quidam. Veniam
autem ad vos cito. si dominus vo-
luerit: et cognoscam non ser-
monem eorum qui inflati
sunt. sed virtutem. Non enim
in sermone est regnum
dei: sed in virtute. Quid vul-
tis? In virga veniam ad
vos. an in caritate et spiritu
mansuetudinis? Fer. v.
Paulus apostolus Lectio prima.
christi ihesu per voluntatem
dei. et thimotheus frater. ecclesie
dei que est corinthi. cum sanctis
omnibus qui sunt in univer-
sa achaia: gratia vobis et
pax a deo patre nostro. et domino
ihesu christo. Benedictus deus et
pater domini nostri ihesu christi. pater misericordiarum
et deus totius consolationis: qui
consolatur nos in omni tribu-
latione nostra. ut possimus
et ipsi consolari eos. qui in omni
pressura sunt. per exhortatio-

nem qua exhortamur et ipsi a
deo. Quoniam sicut habundant
passiones christi in nobis: ita
et per christum habundat conso
tio nostra. Lectio secunda.
Siue autem tribulamur:
pro uestra exhortatione et salu
te. Siue consolamur: pro
uestra consolatione. Siue ex
hortamur: pro uestra exhorta
tione et salute. que operatur
tolerantiam earundem pas
sionum. quas et nos patimur.
ut spes nostra firma sit pro
uobis: scientes quoniam sicut so
cii passionum estis: sic eri
tis et consolationis. Non
enim uolumus uos ignorare
fratres. de tribulatione nostra que
facta est in asia: quoniam supra mo
dum grauati sumus supra
uirtutem: ita ut tederet
nos et uiuere. Sed ipsi in nob
metipsis responsum mortis
habuimus. ut non simus fiden
tes in nobis. sed in deo qui
suscitat mortuos. qui de
tantis periculis eripuit nos
et eruit: in quem speramus.
quoniam et adhuc eripiet. ad
iuuantibus et uobis in ora
tionibus pro nobis: ut ex mul
tarum personis faciem eius
que in nobis est donationis.
per multos agantur gratie pro
nobis. Lectio tercia.
Gloria nostra hec est tes
timonium conscientie nostre:
quod in simplicitate et since
ritate dei. et non in sapientia
carnali. sed in gratia dei con
uersati sumus in hoc mun
do. habundantius autem ad
uos. Non enim alia scribimus
uobis: quam que legistis
et cognouistis. Spero autem
quod usque in finem cognosce
tis. sicut et cognouistis nos
ex parte: quia gloria uestra sumus.
sicut et nos uestra in die do

mini nostri ihu xpi. Et hac
confidentia volui prius ve
nire ad vos. ut secundam gratiam
haberetis: et per vos transire
in macedoniam: et iterum
a macedonia venire ad
vos: et a vobis deduci in
iudeam. Fer. vi. Lectio prima
Statui hoc ipsum apud
me: ne iterum in tris
ticia venirem ad vos. Si
enim ego contristo vos: et
quis est qui me letificet?
nisi qui contristatur ex me:
Et hoc ipsum scripsi vobis:
ut non cum venero tristiciam
super tristiciam habeam. de
quibus oportuerat me gau
dere. confidens in omnibus vobis.
quia meum gaudium omnium vestrum
est. Nam ex multa tribulati
one et angustia cordis scrip
si vobis. per multas lacrimas.
ut non contristemini: sed ut
sciatis quam caritatem habeam habundan

tius in vobis. Lectio secunda.
Si quis autem contrista
vit me, non me contristavit
sed ex parte: ut non onerem
vos omnes. Sufficit illi qui
eiusmodi est. obiurgatio hec
que fit a pluribus: ita ut e
contrario magis donetis
et consolemini: ne forte
habundantiori tristicia ab
sorbeatur qui eiusmodi est.
Propter quod obsecro vos: ut con
firmetis in illum caritatem.
Ideo enim et scripsi: ut cog
noscam experimentum vestrum.
an in omnibus obedientes sitis.
Cui autem aliquid donas
tis: et ego. Nam et ego quod
donavi. si quid donavi.
propter vos in persona xpi: ut
non circumveniamur a sa
thana. Non enim ignoramus
cogitationes eius. Lectio iii.
Cum venissem autem
troadem propter evan

gelium xpi. et ostium mihi apertum
esset in domino: non habui requiem spiritui meo. eo quod non invenerim tytum fratrem meum:
sed valefaciens eis, profectus sum in macedoniam. Deo gratias.
qui semper triumphat nos in xpo ihu. et odorem noticie
sue manifestat per nos in omni loco: quia xpi bonus odor sumus
deo. in hiis qui salvi fiunt.
et in hiis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vite in
vitam. Et ad hec quis tam ydoneus? Non enim sumus
sicut plurimi adulterantes verbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in xpo
loquimur. Dominica .iii. Lectio
Paulus apostolus non prima.
ab hominibus. neque per hominem sed per ihm xpm et deum patrem. qui suscitavit
eum a mortuis. et qui me

cum sunt omnes fratres: ecclesiis
galacie. Gratia vobis et pax
a deo patre nostro. et domino ihu xpo:
qui dedit semetipsum pro peccatis
nostris. ut eriperet nos de presenti seculo nequam. secundum
voluntatem dei et patris nostri: cui est honor
in secula seculorum amen. Miror quod
sic tam cito transferimini ab
eo. qui vos vocavit in gratiam
xpi. in aliud evangelium:
quod non est aliud: nisi sint
aliqui qui vos conturbant.
et volunt convertere evangelium xpi. Lectio secunda.
reddat: quod peccatum detraxit.
Curet penitencia:
quod delictorum macula foe
didarat. Serpentinum
uirus satisfactionis an
thidoto recurretur. peccatorum
uenena precum instan
cia depellantur: ut qui
nobis peccatis fuerat offen
sus: confessione nobis mise
ricors reddatur et pius.

Maximus in sermone
Audistis. Fer. vi. Lc. i.

Quia nunc fr̄es ka
rissimi ieiunan
tis dnī uictorias agnoui
mus: ieiunia nr̄a scīficemus.
Quid aūt est aliud
scīficare ieiunium: nisi
ieiunij causa. scā uelle.
iusta facere. iniqua uita
re. Scīficat ieiunium:
cuius ore adulatio paren
tum gr̄a. parua magna
ue munuscula arcet ita

nitate non auertunt: cui iusticia precio non uilescit. qui flammas iracundie restringit: qui oculos turpi ab aspectu auertit. qui conuiciorum iacula scuto pacie repercussa discergit: qui litigantium tumultus. prudentioris sermonis arte compescit: qui insurgentium uanarum cogitationum spinas. uelud quidam sui pectoris arator excidit. Lco sexta.

Sanctificat ieiunium. qui inopiam egenorum. misericordis manus humanitate solatur: qui pro omnia preceptis diuine legis intentus. diabolica a corde suo expellit temptamenta. Et ideo si uolumus deo placita exhibere ieiunia: simus in fide fortes. in iudiciis iusti. in amicicia fideles. in iniuriis pacientes. in contentionibus moderati: refugientes turpiloquia. aduersus iniqua constantes: in conuiuiis sobrii. in uoluptatibus continentes: in caritate simplices. inter subdolos cauti: condolentes tristibus. contumacibus resistentes: in suspicionibus parci. inter maliloquos taciti: inter humiles coequales. Lc iii.

Si uolumus fratres adi diabolo superari: inherreamus ei qui diabolum triumphauit. Uincere autem eum poterit. qui cuncta salutaria dei precepta suspirans. studuerit exosam cunctis inclinare superbiam: radicem omnium malorum auariciam cohercere. inimicam bonarum uirtutum refrenare luxuriam: hostem sancte caritatis inuidiam ini

105

tigare. periculosa obtrectatio-
num uitare colloquia. usu-
rarum perniciosa non amare com-
pendia. custodem pacis
iusticiam muneribus nō
grauare. noxia fictionum
horrere cōmenta. indebiti
honoris ambitum declina-
re. incentiua discordie ma-
ledcā cohibere. mendacia
que uitam maculant aīm
mam uulnerant. amici-
ciam dissipant xpiano ab
ore repellere. Maximus
in sermone de ieiunio. Sab-
bato in quadragesima. Lc. i.

Quadraginta dies referuntur
diebus. moyses et dei filius
ieiunasse. Sed ieiunat mo-
yses. ut preceptis legalibus
unius populi erudiat discipli-
nam xps. ut tocius mun-
di redimat gentes. Ieiu-
nat moyses. ut presentis ui-
te mandata suscipiat. xps

ut eterne salutis sacramē-
ta constituat. Ieiunauit il-
le. ut dnm uideret. iste ut
unum se eē cum deo. dū
dyabolum triumphat ostē-
deret. Ille post ieiunium
scriptas digito dei tabulas
confregit. iste suo ieiunio
mansurum perfecta ewange-
lium consecrauit. Ille non
esuriuit. ut operta diui-
nitas pbaretur. esuriit is-
te. ut fragilem se suscepis-
se hominem reuelaret. Nos
uo fr̄s. sic castigemus mē-
bra ieiuniis. ut animas
uirtutibus saginemus. Lc
Ieiunet in nobis prima lc. xi.
perniciosa luxuries. ieiu-
net omnis iniquitas.
ieiunet odiosa contentio.
Sic sobrii simus animo.
ut nulla nobis uolupta-
tum dñetur ebrietas. Quid
enim prodest. obseruatio

ne quadraginta dierum. ie
iunandi nos tempa custodi
re: et legem non tenere ie
iunij. Quid pdest uacare
a conuiuijs: et diem luxib;
occupare. Quid pdest. pro
prium non edere panem: et
uictum diripere miseror.
Ieiunium xpiani: pacem
debet nutrire non iurgia.
Ieiunium xpiani: egenis
debet ee refectio. Quale aut
e illud. qd non uescaris
carnibus: et de ore tuo oi
esca foedius egreditur ma
ledcm. Quale est quod
sanctificatur uenter a ieiunio:
et polluitur lingua men
dacijs. Lco iii.
Recte frater frequen
tabis eccam: si gressus tu
os letalib; laqueis no im
plicet et inuoluat usura.
Recte orabis dnm tuum:
si precib; tuis. obuia tibi
cordis tui non obsistat in
uidia. Recte contundes
manib; pectus: si omne
inde furorem maligne uo
luntatis excusseris. Iuste
te dabis denarium paupi:
si illum alij non tulisti.
Hec est ergo kmi religio
sa esuries: hic fidelium
pastus animar: ut ie
iunium nrm scilicet cas
titas. orenet paciencia.
benignitas foueat: mi
sericordia letificet: com
mendet humilitas. His
quadragesimam xpi pro
ut possumus uirtutib;
subsequamur: ut gemi
no quodam corpis ani
mique ieiunio. diuine nos
semp gre commendemus.
Dnica. ij. in xl. Lc i.
Senuit ysaac. et
caligauerunt ocu
li eius: et uidere no po

terat. Vocauitque eſau filium ſuum maiorem: et dixit ad eum. Fili mi. Qui reſpondens ait. Adſum. Cui pater. Vides inquit quod ſenuerim: et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua. pharetram et arcum: et egredere foras. Cumque uenatu aliquid apprehenderis: fac michi inde pulmentum. ſicut uelle me noſti. et affer ut comedam: et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Lc̄o ij.

Quod cum audiſſet rebecca. et ille abiſſet in agrum. ut iuſſionem patris expleret: dixit filio ſuo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum eſau fratre tuo: et dicentem ei. Affer mihi de uenatione tua. et fac cibos ut comedam: et benedicam tibi coram domino. antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſiliis meis: et pergens ad gregem. affer michi duos edos optimos: ut faciam ex eis eſcas patri tuo. quibus libenter ueſcitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priuſquam moriatur. Lc̄o tcia.

Cui ille reſpondit. Noſti quod eſau frater meus homo piloſus ſit. et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et ſenſerit: timeo ne putet me ſibi uoluiſſe illudere: et inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit ait iſta maledictio fili mi: tantum audi uocem meam. et pergens affer que dixi. Abiit et attulit: deditque matri. iiij.

Parauit rebecca cibos.
& sic nouerat uelle
patrem iacob: & uestibus esa
u ualde bonis. quas apud
se habebat domi. induit
eum. Pelliculas que edo-
rum circumdedit manibus: et
colli nuda protexit. Dedit
que pulmentum: et panes
quos coxerat tradidit.
Quibus illatis: dixit. Pa
ter mi. Et ille respondit.
Audio. Quis es fili mi:
Dixitque iacob. Ego sum
esau primogenitus tuus:
feci sicut precepisti michi.
Surge sede & comede de
uenatione mea: ut bene
dicat michi anima tua. Rc
Rursum ysaac ad fili v.
um suum. Quomodo
inquit tam cito inueni
re potuisti fili mi: Qui
respondit. Voluntas dei
fuit: ut cito michi occurre
ret quod uolebam. Dixit
que ysaac. Accede huc ut
tangam te fili mi: et pro
bem utrum tu sis filius
meus esau annon. Acces
cessit ille ad patrem: & pal
pato eo dixit ysaac. Vox
quidem uox iacob est: sed
manus manus sunt esa
u. Et non cognouit eum:
quia pilose manus simi
litudinem maioris expres
serant. Lc vi.
Benedicens ergo il
li ait. Tu es filius meus
esau: Respondit. Ego
sum. Et ille. Affer inquit
michi cibos de uenatione
tua fili mi: ut benedicat
tibi anima mea. Quos cum
oblatos comedisset: obtu
lit ei etiam uinum. Quo
hausto: dixit ad eum. Ac
cede ad me: & da michi
osculum fili mi. Accessit

⁊ osculatus ē eum. Statī
q̃ ut sensit uestimentorum
eius fragrantiam: bene
dicens ait. Ecce odor filij
mei sicut odor agri: cui
benedixit dn̄s. Det tibi
ds̄ de rore celi ⁊ de pingue
dine terre. habundantiā
frumenti et uini: et ser
uiant tibi: ⁊ adorent te
tribꝫ. Esto dn̄s fr̄m tuorum:
⁊ incuruentur ante te fi
lij matris tue. Qui ma
ledixerit tibi sit ille ma
ledictus: ⁊ qui benedixe
rit tibi benedictionibus re
pleatur. Lc̄o vii. Sec̄

In illo Tp̄e: Egres Matħm
sus ihs̄: secessit in partes
tyri ⁊ sydonis. Et ecce
mulier chananea a finibꝫ
illis egressa: clamauit
dicens ei. Miserere mei
dn̄e fili dauid: filia mea
male a demonio uexatur.

Et rel. Om̄. Ie eid̄e.

Et ecce mulier cha
nanea. Mira res.
Mulier caput peccati. ar
ma dyaboli. expulsio pa
radysi. mater delicti. cor
ruptio legis antique: ue
niebat ad dn̄m ihm̄. Mi
rum negocium. Judei fu
giunt: chananea sequitur.
Domestici derelinquunt:
alienigena heret. Et ec
ce mulier. Cherubin as
spectum eius tremunt in
celo. angeli metuunt in
excelsis: ⁊ mulier nō
ueretur in terris. s; loqui
tur cum eo. O miranda res.
Sursum tremor: deorsum
fiducia. Propterea inquit
descendit: ꝓpterea carnem
assumpsit. et homo fc̄s ē:
ut et ego audeam ei loqui.
Non perrexit ad diuinos. n̄
uocauit magos: non alli

gaturas quesiuit. non in
postatrices mulieres adduc
it. non ad falsa confugit
presidia. sed reliquit os
diaboli falsitates. et ue
nit ad dominum ihesum omnium sal
uatorem. Lc viii.

Et ecce mulier. Non
rogat iacobum. non obsecrat
iohannem. non pergit ad petrum.
non interpellat apostolorum cho
rum. non quesiuit medi
atorem. sed pro omnibus illis
accepit penitenciam co
mitem que aduocati lo
cum impleuit. et sic ad
summum pietatis fontem per
uenit. dicens. Miserere
mei. Non est inquit in
actibus meis bonum. non
est michi de conuersatione fidu
cia. ad misericordiam tuam con
fugio. Miserere mei. Mi
serere mei. inquit specta
tricis diurnorum malorum.

Cottidie cruciatus me
os uideo. Quo pergam.
In heremum ire non aude
o. nec illam solam reli
quere. In domo sedere
non possum. quia intrin
secus est inimicus. Cer
no enim oculos eius trans
uersos. aspectum sangui
neum. manus intortas.
crinem dissolutum. con
tortum collum. ora spu
mantia. inimicum incre
dentem et non apparentem.
neminem interrogantem.
et illam cum clamore lo
quentem. Miserere mei.

Qui non Lectio nona
respondit ei uer
bum. O noua rerum
materies. Rogat mu
lier et obsecrat. deprecatur
deflet casum suum. au
get tragediam. enarrat
passionem. et amator ho

minū non reſpondet. Ser
mo tacet: fons clauſus
eſt: medicus medicamē
ta retinet. Quid tam
nouum? Quid tam ā
mirabile? Alios prouo
cas ad ſequendum: et
hanc miſerabilem inſe
quentem abigis? Sed
conſidera medici ſapiē
tiam. Non reſpondit ei
verbum: quia fidem illius.
amplius prouocabat. et
aīam pſeuerantia exer
cebat: ꝛ diſcipuloꝝ mi
ſerationes excitabat. Fer̄
Vt ſcđa. Lcō pma
yſaac ſermonē
impleuerat: ꝛ egreſſo
iacob foras. uenit eſau:
coctoſq; de uenatione ci
bos intulit patri dicens.
Surge pater mi: ꝛ co
mede de uenatione fili
i tui: ut benedicat m̄i

aīa tua. Dixitq; illi y
ſaac. Quis enī es tu?
Qui reſpondit. Ego ſū
filius tuus primogenitus
eſau. Expauit yſaac ſtu
pore uehementi: ꝛ ultra
quam credi poteſt admi
rans ait. Quis igitur
ille: qui dudum captā
uenationem attulit m̄i:
ꝛ comedi ex omnibꝫ pri
uſquam tu uenires? Bene
dixiq; ei: ꝛ erit benedic
Audi Fe ii. tus.
tis eſau ſermoī
bus pr̄is. irriguit cla
more magno: ꝛ conſter
natus ait. Benedic ꝛ̄
ꝛ michi pr̄ mi. Qui a
it. Venit germanus
tuus fraudulenter: et
accepit benedictionem
tuam. At ille ſubiunxit.
Iuſte uocatum eſt nomē
eius iacob: ſupplantat̄

enim me en altera uice.
Primogenita mea ante
tulit: et nunc secundo subri
puit benedictionem meam.
Rursumque Lectio iii.
esau ad patrem. Num
quid non reseruasti ait
et michi benedictionem?
Respondit ysaac. Do
minum tuum illum con
stitui: et omnes fratres eius
seruituti illius subiuga
ui. frumento et uino stabi
liui eum: et tibi post hec
fili mi. ultra quid faciam?
Cui esau. Num unam
inquit tantum benedictionem
habes pater? Michi quoque
obsecro. ut benedicas.
Cumque eiulatu magno
fleret: motus ysaac dix
it ad eum. In pinguedi
ne terre et in rore celi de
super: erit benedictio tua.
Viues gladio: et fratri tuo
seruies: tempusque ueni
et cum excutias et soluas
iugum eius de ceruicibus
tuis. Feria iii. Lectio prima.
Vocauit ysaac ia
cob et benedixit:
precepitque ei dicens. No
li accipere coniugem de ge
nere chanaan: sed
vade et proficiscere in me
sopotamiam syrie. ad
domum bathuel patris ma
tris tue: et accipe tibi
inde uxorem de filiabus
laban auunculi tui. De
us autem omnipotens benedicat
tibi: et crescere te faci
at. atque multiplicet.
ut sis in turbas populorum:
et det tibi benedictiones
abraham. et semini tuo
post te: ut possideas ter
ram peregrinationis tue
quam pollicitus est a
vo tuo. Lectio secunda.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Cvmq; dimisisset
eū ẏsaac: ꝑfect᷒
uenit inmesopotamiam
syrie. adlaban filiū ba
thuel syri frēm rebecce
matris sue. Videns aū
esau. qđ bn̄dixisș pater
suus iacob. ⁊ misisset e
um ĩmesopotamiam sy
rie. ut inde uxorē ducēt.
⁊ qđ post bn̄dictionem
ꝑcepisset ei dicens. nō
accipies ꝯiugem de fili
abus chanaan. quoq;
obediens iacob parenti
bȝ isset insyriam: pro
bans quoq; qđ non li
benter aspiceret filias
chanaan pr̄e suus: iuit
ad ẏsmahelem: ⁊ dux
it uxorem absq; hiis
q̄s prius habebat: me
lech filiam hẏsmael fili
i abraham. sororem na
baiot. Lcō tercia.

Igitur egressus iacob de
bersabee: ꝑgebat harā.
Cvmq; uenisset ad
quendam locum. et
uellet ineo requiescē
post solis occubitum:
tulit de lapidibȝ qui ia
cebant: ⁊ supponens ca
piti suo. dormiuit ineo
dem loco. Viditq; insōp
nis scalam stantem sup
terram. ⁊ cacumen eius
tangens celum: anglos
quoq; dei ascendentes et
descendentes ꝑ eam: et
dn̄m innixum scale di
centem sibi. Ego sum dō
ds abraham pr̄is tui: et
ds ẏsaac. Terram inq̄
dormis. tibi dabo ⁊ se
mini tuo: eritq; semen
tuum quasi puluis ter
re. Profectus ẽrgo iacob
p iacob: ue Rc ẏma
nit in terrā orientalem.

110

Et uidit puteum in agro: tresq; greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora: et os eius grandi lapide claudebatur. Morisq; erat. ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem: et refectis gregibus. rursus super os putei ponerent. Dixitq; ad pastores. Fratres unde estis? Qui responderunt. De aran. Lectio secunda.

Quos interrogans. Numquid ait nostis laban filium nachor? Dixerunt. Novimus. Sanus ne est inquit? Valet inquiunt: et ecce rachel filia eius uenit cum grege suo. Dixitq; iacob. Adhuc multum diei superest: nec est tempus. ut reducantur ad caulas greges. date ante potum ouibus: et sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt. Non possumus. donec omnia pecora congregentur. et amoueamus lapidem de ore putei: ut adaquemus greges. Lectio tertia.

Adhuc loquebantur: et ecce rachel ueniebat cum ouibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum uidisset iacob. et sciret consobrinam suam. ouesq; laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege: osculatus est eam. Et eleuata uoce fleuit: et indicauit ei quod frater esset patris eius. et filius rebecce. At illa festinans: nu

110

ciauit patri suo. Qui cum
audisset uenisse iacob
filium sororis sue: cucur
rit obuiam ei. Complex
usque eum. et in oscula
ruens: duxit in domum
suam. Fer. v. Lectio prima.
Auditis causis iti
neris iacob: re
spondit laban. Os me
um es. et caro mea. Et
postquam expleti sunt di
es mensis unius: dix
it ei. Num quia frater meus es.
gratis seruies michi?
Dic quid mercedis ac
cipias. Habebat uero du
as filias. Nomen maioris
lya: minor appellabatur
rachel. Sed lya lippis e
rat oculis: rachel decora
facie. et uenusto aspectu.
Quem diligens iacob:
ait. Seruiam tibi pro ra
chel filia tua minore:

septem annis. Lectio ii
Respondit laban.
Melius est ut tibi eam
dem: quam uiro alteri.
Mane apud me. Ser
uiuit igitur iacob pro
rachel septem annis: et
uidebantur illi dies pau
ci pre amoris magnitudi
ne. Dixitque ad laban.
Da michi uxorem meam:
quia iam tempus est. ut
ingrediar ad eam. Qui
uocatis multis amicorum
turbis ad conuiuium: fe
cit nuptias. Et uespere
lyam filiam suam intro
duxit ad eum: dans an
cillam filie zelpham no
mine. Lectio tercia
Ad quam cum ex
more iacob fuisset ingres
sus. facto mane uidit ly
am: et dixit ad socerum
suum. Quid est quod facere uo

luisti? Nonne pro rachel ser
uiui tibi? Quare impo
suisti m̄? Respondit la
ban. Non est in loco nr̄o
consuetudinis. ut minores
ante tradamus ad nupti
as. Imple ebdomadam
dierum huius copule. et
hanc quoque dabo tibi pro
opere. quo seruiturus es
michi septem aliis. Fer.
Acquie vi. Re. i.
uit iacob placito
laban: et ebdomada tran
acta rachel duxit uxorem.
cui pater seruam balam de
derat. Tandemque potitus
optatis nuptiis. amorem
sequentis priori pretulit:
seruiens apud eum sep
tem annis aliis. Videns
autem dn̄s. quod despiceret
lyam: aperuit uuluam
eius. sorori sterili permanen
te. Que conceptum ge
nuit filium: uocauitque
nomen eius ruben di
cens. Vidit dn̄s humi
litatem meam. Nunc amabit
me uir meus. Re ii.
Rursumque conce
pit lya. et pepe
rit filium: et ait. Quia
audiuit me dn̄s habi
contemptui: et istum do
nauit michi. Vocauit
que nomen eius symeon.
Concepit tercio: et ge
nuit alium. Dixitque. Nunc
quoque copulabitur michi
maritus meus: eo quod
pepererim ei tres filios. Et
idcirco appellauit no
men eius leui. Quarto
concepit et peperit filium:
et ait. Modo confitebor dn̄o.
Et ob hoc uocauit nomen
eius iuda. Cessauitque parere.
Cernens Re iii.
autem rachel quod in

secunda ee(t)[?] inuidit soro
ri. et ait marito suo. Da
m(ihi) liberos. alioquin mo
riar. Cui iratus respon
dit iacob. Num pro deo
ego sum. qui priuaui te
fructu uentris tui. At il
la. Habeo inquit famu
lam balam. ingredere
ad illam ut pariat sup(er)
genua mea. et habeam
ex illa filios. Deditq(ue) il
li balam in coniugium. Que
ingresso ad se uiro. con
cepit et peperit filium. Dix
itq(ue) rachel. Iudicauit
m(ihi) d(omi)n(u)s. et exaudiuit uo
cem meam. dans m(ihi) fili
um. Et idcirco appella
uit nomen eius dan. Sab
Iacob abiit bato. Lc. i.
itinere quo ceperat. Fuer(un)t
q(ue) ei obuiam angeli dei.
Quos cum uidisset ait.
Castra dei sunt hec. Et

appellauit nom(en) loci il
lius manaym. id est
castra. Misit aut(em) et nu(n)
cios ante se ad esau fr(atr)em
suu(m). in terram seyr re
gionis edom. precepit
q(ue) eis dicens. Sic loq(ui)
mini d(omi)no meo esau. Hec
dicit frater tuus iacob.
Apud laban p(er)egrinatus sum.
et fui usq(ue) in presentem di
em. Habeo boues et asi
nos et oues et seruos et
ancillas. Mittoq(ue) nunc
legationem ad dominu(m)
meum. ut inueniam
gr(ati)am in aspectu tuo.
Reuersiq(ue) sunt Lc(ti)o
nuncii secunda
ad iacob. dicentes. Ve
nimus ad esau fr(atr)em tu
um. et ecce p(ro)perat in
occursum tibi cum qua
dringentis uiris. Timu
it iacob ualde. et p(er)ter

ritus diuisit populum qui secum erat. greges quoque et oues et boues. et camelos in duas turmas dicens. Si uenerit esau ad unam turmam. et percusserit eam: alia turma que reliqua est saluabitur.

Dixitque iacob. Lc. iii.

Deus patris mei abraham. et deus patris mei ysaac. domine qui dixisti michi. reuertere in terram tuam. et in locum natiuitatis tue. et benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis. et ueritate quam explesti seruo tuo. In baculo meo transiui iordanem istum: et nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei. de manu esau quia ualde eum timeo: ne forte ueniens percutiat matres cum filiis. Tu locutus es quod bene faceres michi: et dilatares semen meum sicut arenam maris. que pre multitudine numerari non potest.

Dominica. iii. in xl. Lc. i.

Joseph cum sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: et erat cum filiis bale et zelphe uxorum patris sui. Accusauitque fratres suos apud patrem. crimine pessimo. Israel autem diligebat ioseph super omnes filios suos: eo quod in senectute genuisset eum. fecitque ei tunicam polimitam. Uidentes autem fratres eius. quod a patre plus cunctis filiis amaretur: oderant eum. nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Lc. ii.

Accidit quoque ut uisum sompnium referret fratribus suis: que causa maioris odii seminarium fuit. Dixitque ad eos. Audite sompnium meum

qd' uidi. Putabam nos li
gare manipulos in agro.
et quasi consurgere mani
pulum meu͞ et stare: uest
rosque manipulos circu͞
stantes adorare manipu
lum meu͞. Responderu͞t
fr̄es eius. Numquid rex nr̄
eris. aut subiciemur di
cioni tue. Hec g causa
sompniorum atque sermonu͞:
inuidie et odij fomitem
ministrauit. Lc̄o. iij.

Aliud quoque uidit
sompnium: qd'
narrans fr̄ibz ait. Uidi
p sompnium q̄si solem et
lunam et stellas undecim
adorare me. Qd' cum pr̄i
suo et fr̄ibz retulisset: incre
pauit eu͞ pr̄ et dixit. Qd'
sibi uult hoc sompnium
qd' uidisti? Num ego et
mat̄ tua et fr̄es tui. adora
bimus te sup̄ t̄ram. In

uidebant g ei fr̄es sui: pr̄
uero rem tacitus considera
bat. Lc̄o quarta.

Cumque fr̄es illius
in pascendis gregibz pr̄is
morarentur in sychem:
dixit ad eu͞ isr̄l. Fr̄es tui
pascunt oues in sychimis:
ueni mittam te ad eos.
Quo respondente p̄sto su͞:
ait. Uade et uide si cunc
ta p̄spera sint erga fr̄es tu
os et pecora: et renuncia
m̄ quid agatur. Missus
de ualle hebron: uenit
in sychem. Inuenitque eu͞
uir errantem in agro:
et interrogauit qd' quere
ret. At ille respondit. fra
tres meos quero. Indica
m̄: ubi pascant greges.

Dixitque ei uir. Lc̄. v.
Recesserunt de lo
co isto. Audiui aut̄ eos
dicentes: eamus in dotha

im. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et invenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos: cogitaverunt eum occidere et mutuo loquebantur. Ecce sompniator venit. Venite occidamus eum et mittamus in cisternam veterem: dicemusque. Fera pessima devoravit eum. Et tunc apparebit: quid illi prosint sompnia sua. Lectio vi.

Audiens hec ruben. nitebatur liberare eum de manibus eorum et dicebat. Non interficiamus animam eius. nec effundamus sanguinem: sed proicite eum in cisternam hanc. que est in solitudine: manusque vestras servate innoxias. Hoc autem dicebat: volens eripere eum de manibus eorum. et reddere patri suo. Confestim ergo ut pervenit ad fratres: nudaverunt eum tunica talari et polimita: miseruntque in cisternam que non habebat aquam.

Lectio vii. Secundum Lucam.

In illo tempore: Erat ihesus eiciens demonium: et illud erat mutum. Et reliqua.

Omelia venerabilis Bede presbiteri.

Demoniacus iste apud matheum non solum mutus. sed et cecus fuisse narratur: curatusque dicitur a domino: ita ut loqueretur et videret. Tria generalia signa simul in uno homine perpetrata sunt. Cecus videt: mutus loquitur: et possessus a demone liberatur. Quod et tunc quidem carnaliter factum est: sed et cotidie completur in conversione credentium: ut expulso demone. fidei lumen aspiciant: deinde ad laudem dei ta

[L]icentia prius ora laverentur.

[Q]uidam aūt Lc. viii.
ex eis dixerunt.
In beelzebub principe demo
niorum eicit demonia. Nō
hoc aliqui de turba. sz pha
risei calumpniantes dice
bant et scribe: sic alii e
vangeliste testantr. Tur
bis quippe que minus e
rudite videbantur. dnī
semper fcā mirantibz. illi
contra vl negare hec. vl
que negare nequiverāt.
sinistra interptatione pu
tere laborabant: quasi
hec n̄ divinitatis. sz in
mundi spūs opa fuissent.
id est beelzebub. qui ds
erat accaron. Beelzebub
aūt vir muscarum. sive ha
bens muscas interptatur.
ob sordes immolaticii cruo
ris: ex cuius spurcissimo ri
tu vl noīe. principem de
moniorum cognominabant.

[A]lii [t]emptantes. Lc. xi.
signum de celo querebant ab eo.
Vel in morem helye ignē
de sublimi venire cupiebāt.
vl in similitudinē samu
elis. tempore estivo mugi
re tonitrua choruscare et
fulgura. ymbres ruere:
q̄si non possent et illa calūp
niari et dicere. ex occultis
et variis aeris passionibus.
accidisse. At tu qui calūp
niaris ea que oculis vides.
manu tenes. utilitate sen
tis: quid facies de his q̄
de celo venerīt: Utique
respondebis: et magos in
egypto multa signa fecis
se de celo. Ipse aūt ut vidit
cogitationes eorum: dixit e
is. Omne regnū in se ipm̄
divisū desolabitur: et do
mus supra domū cadet.

Non adiecta sz ad cogitata
respondit: ut uel sic cōpel-
lerentur credere potenciam
eius. qui cordis uidebat oc-
culta. Fer. ij. lc. i.
Dixit iudas fratribz suis.
Quid nobis pdest. si occi-
derimus frēm nrm: et cela-
uerimus sanguinem ipsius?
Melius ē ut uenundetur.
hysmahelitis: et manus
nrē non polluant. frat enī
et caro nra est. Adquieuerūt
frēs sermonibz eius: et pte-
reuntibz madianitis nego-
ciatoribz. extrahentes eum
de cisterna. uendiderunt
eū hysmahelitis triginta ar-
genteis. Qui duxerunt eū
in egyptū. Lectio sexta.
Reuersusqz ruben ad
cisternam: non inu-
enit puerum. Et scissis
vestibz pgens ad frēs suos:
ait. Puer non comparet et

et ego quo ibo: Tulerunt
aūt tunicam eius: et in
sanguinem hedi quē occide-
rant tinxerunt: mitten-
tes qui ferrent ad prēm. et
dicerent. Hanc inuenimus:
vide utrum tunica filij tui
sit an non. Quam cum ag-
nouisset pr. ait. Tunica fi-
lij mei est. fera pessima co-
medit eum: bestia deuora-
uit ioseph. Scissisqz uesti-
bus indutus est cilicio: lu-
gens filium multo tempe.
Congregatis Rc iij.
aūt cunctis liberis
eius. ut lenirent dolorē
pris: noluit cōsolationē
recipe. et ait. Descendam
ad filium meum lugens
in infernum. Et illo pse-
verante in fletu: madianei
vendiderunt ioseph in egyp-
to phutifari eunucho pha-
raonis magistro milicie.

Joseph Fer̄ iiij. Lcō. prima.
ductus est in egyptum. et
mit ei putiphar eunuchus
pharaonis. princeps exerci
tus. uir egyptius. de manu
hysmahelitar aquibꝫ pduc
tus erat. Fuitqꝫ dn̄s cum
eo. et erat uir in cunctis
pspere agens. Habitabatqꝫ
in domo dn̄i sui. Qui opti
me nouerat ee͞ dn̄m cum
eo. et omīa que gereret
ab eo dirigi in manu illius.
Inuenitqꝫ ioseph grām co
ram dn̄o suo. et ministra
bat ei. A quo ꝓpositus oībꝫ.
gubernabat creditam sibi
domum. et uniuersa que
tradita ei fuerant. Lcō ij.
Benedixitqꝫ dn̄s do
mui egyptij ꝓpter
ioseph. et multiplicauit
tam in edibꝫ quam in a
gris cunctam eius substā
tiam. Nec quicquam a
liud nouerat. nisi panē
quo uescebatur. Erat
aūt ioseph pulchra facie.
et decorus aspectu. Post
multos itaqꝫ dies. iniecit
dn̄a oculos suos in ioseph.
et ait. Dormi mecum.
Qui nequaqm̄ acquiescens
opi nephario. dixit ad
eam. Ecce dn̄s mīs. omni
bus m̄ traditis. ignorat
quid habeat in domo sua.
nec quicquam ē quod nō
sit in mea potestate. uel
non tradiderit m̄ pter
te. que uxor eius es. Quo
modo ḡ possū hoc malū
facere. et peccare in dn̄m
meum. Lcō iij.
Huiuscemodi uer
bis psingulos dies. et
mulier molesta erat ad
olescenti. et ille recusa
bat stuprum. Accidit aū
ut quadā die intraret

ioseph domū . ⁊ opis quip
piam absq; arbitris faceret:
⁊ illa apprehensa lacinia ues
timenti eius diceret . Dor
mi mecum . Qui relicto in
manu eius pallio: fugit ⁊
egressus est foras . Cumq;
uidisset mulier in manib;
suis uestem . ⁊ se eē contemp
tam: uocauit homines do
mus sue: ⁊ ait ad eos . En
introduxit uirum hebreū:
ut illuderet nobis . Ingres
sus est ad me: ut coiret me
cum . Cumq; ego subclama
rem . ⁊ audisset uocem meam:
reliquit pallium quod tene
bam . ⁊ fugit foras . R̄x. iiij
Accidit ut peccarent
duo eunuchi . pincer
na regis et pistor dn̄o suo.
Iratusq; pharao contra eos.
nam alter pincernis pree
rat . alter pistoribus: mi
sit eos in carcerem principis
militum . in quo erat uinc
tus ⁊ ioseph . At custos
carceris tradidit eos ioseph:
qui ⁊ ministrabat eis . A
liquantulum temporis fluxe
rat: ⁊ illi in custodia te
nebantur . Videruntq;
ambo sompnium nocte
una: iuxta interpreta
tionem congruam si.
Ad quos ij . Cu vi.
cum introisset io
seph mane . ⁊ uidisset eos
tristes: sciscitatus est dicēs.
Cur tristior est hodie so
lito facies ur̄a . Qui re
sponderunt . Sompnium
uidimus: ⁊ non est qui
interpretetur nobis . Dix
itq; ad eos ioseph . Num
quid non dei est interpre
tatio . Referte michi so
mpniū . Narrauit prior
prepositus pincernar; sōp
nium suum . Videbam co

tam me uitem. in qua erāt
tres propagines. crescere pa
ulatim gemmas et post
flores. uuas maturescē:
calicem pharaonis in ma
nu mea. Tuli ḡ uuas et
expressi in calicem quē
tenebam: et tradidi
poculum pharaoni.
Respon Rc. iii.
dit ioseph. Hec
est interpretatio sompnij.
Tres propagines. tres ad
huc dies sunt. post quos
recordabitur pharao mi
nisterij tui. et restituet
te in gradum pristinum:
dabisq; ei calicem iuxta
officium tuum. sicut an
tea consueueras. Tantū
memento mei. cum bene
tibi fuerit: et facies me
cum miām. ut suggeras
pharaoni ut educat me
de isto carcere: quia fur
tim sublatus sum de ter
ra hebreorum: et hic inno
cens in lacum missus sū.
Audi Lectio. v.
ens Lcō p̄ma.
iacob. quod alimenta
venderentur in egypto:
dixit filijs suis. Quare
negligitis: Audiui qd
triticum venundetur
in egypto. Descendite
et emite nobis necc̄ia:
ut possimus uiuere. et
non absumamur inopia.
Descendentes ḡ fr̄es ioseph
decem. ut emerent fru
menta in egypto: benia
min domi retento a ia
cob. qui dixerat fratri
bus eius. ne forte in iti
nere quicquam paciatur
mali: ingressi sunt ter
ram egypti. cū alijs qui
pergebant ad emēdū.
Erat aūt Lcō. ij.

fames in terra chanaan. ⁊ ioseph princeps egypti: a cuius ad illius nutum fru menta ipsis uendebantur. Cumque adorassent eum fra tres sui. ⁊ agnouisset e os. quasi ad alienos durius loquebatur. interrogans eos. Unde uenistis? Qui responderunt. De terra chanaan. ut emamus uic tui necessaria. Et tamen fratres ip se cognoscens: non est ag nitus ab eis. Recordatus que somniorum que aliquando uiderat: ait ad eos. Ex ploratores estis. Ut uide atis infirmiora terre ue

Quistis. Lectio tercia.

Qui dixerunt. Non est ita domine. sed serui tui ue nerunt. ut emerent ci bos. Omnes filii unius uiri sumus. Pacifici ueni mus: nec quicquam fa

muli tui machinantur ma li. Quibus ille respondit. Aliter est. Inmunita terre huius considerare uenistis. Et illi. Duodecim inqui unt serui tui fratres sumus. filii unius uiri: in terra. chanaan. Minimus cum patre nostro est: ⁊ alius non est super. Hoc est inquid quod locutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimen tum uestri capiam. Per salutem pharaonis non egrediemi ni hinc donec ueniat frater uester minimus. Feria. vi. Lectio.

Interim fames prima. omnem terram uehementer premebat. Consumptisque cibis quos ex egypto detu lerant: dixit iacob filiis suis. Reuertimini: ⁊ e mite nobis paruullum esce. Respondit iudas. Denun ciauit nobis uir ille sub testifi

116

catione iurandi dicens. Nõ
uidebitis faciem meam : ni
si frēm ur̄m minimum ad
duxeritis uobiscum. Si ḡ
uis eum mittere nobiscū :
pgemus pariter. et ememꝰ
tibi necc̄ia. Sin aūt non
uis : non ibimus. Vir ei
ut sepe diximus : denunci
auit nobis dicens. Non
uidebitis faciem meam. abſ
qꝫ frē ur̄o minimo. Lc secū
Dixit eis isrł. In da
meam hoc fecistis
miseriam : ut indicaretis
ei. et alium uos hr̄e frēm.
At illi responderunt. Inter
rogauit nos homo pordi
nem. nr̄am pgeniem ꝗ
si pr̄ uiueret. si hr̄emus
frēm : et nos respondimus
ei consequenter. iuxta id
qđ fuerat sciscitatus. Nū
quid scire poteramus qđ
dicturus eēt ꝗ adducite uo

biscum frēm ur̄m. Lcō
Iudas quoqꝫ dixit tercia.
pr̄i suo. Mitte puerum
mecum ut pficiscamur.
et possimus uiuere : ne
moriamur nos et paruuli
nr̄i. Ego suscipio puerū :
de manu mea require illū.
Nisi reduxero et tradidero
eum tibi : ero peccati reus
in te omni tempe. Si nō
intercessisset dilatio : iam
uice altera uenissemus.
Igitur isrł pr̄ eoꝝ dixit
eis. Si sic necesse est : fa
cite quod uultis. Sumi
te de optimis terre fructi
bus in uasis ur̄is. et defer
te uiro munera : modi
cum resine et mellis. et
storacis et stactes et there
binti et amigdalaꝝ. Pe
cuniam quoqꝫ duplicem
ferte uobiscum ꝗ et illā
quam inuenistis in sacu

lis reportate: ne forte er-
rore factum sit. Sed et fratrem ue-
strum tollite: et ite ad ui-
rum. Deus autem meus omnipotens fa-
ciat eum uobis placabilem:
et remittat uobiscum fratrem
uestrum quem tenet. et
hunc beniamin. Sabbato.
Non se poterat Lc. i.
ultra cohibere io-
seph: multis coram astan-
tibus. Unde precepit ut egre-
derentur cuncti foras: et
nullus interesset alienus
agnitioni mutue. Eleua-
uitque uocem cum fletu:
quam audierunt egyptii.
omnisque domus pharaonis:
et dixit fratribus suis. Ego
sum ioseph. Adhuc pater meus
uiuit? Non poterant re-
spondere fratres: nimio ter-
rore perterriti. Ad quos ille
clementer. accedite inquit
ad me. Lectio secunda.

Et cum accessissent
prope: ego sum ait
ioseph frater uester. quem
uendidistis in egyptum.
Nolite pauere: nec durum
uobis esse uideatur. quod
uendidistis me. in hiis
regionibus. Pro salute enim
uestra misit deus ante uos.
in egyptum. Biennium
est quod cepit fames in ter-
ra esse: et adhuc quinque
anni restant. quibus nec
arari poterit nec meti.
Premisitque me deus. ut re-
seruemini super terram.
et escas ad uiuendum ha-
bere possitis. Non uestro
consilio sed dei uoluntate
huc missus sum: qui fe-
cit me quasi patrem pha-
raonis. et dominum uniuer-
se domus eius. ac prin-
cipem in omni terra egypti.
Festinate Lc. iii. Cti.

⁊ aſcendite ad patrem meum:
et dicetis ei. Hec mandat
filius tuus ioſeph. Deus
me fecit dominum uniuerſe ter
re egypti. Deſcende ne mo
reris. ⁊ habita in terra
ieſſen: eriſque iuxta me tu
⁊ filij tui. ⁊ filij filiorum tuorum.
oues tue ⁊ armenta tua.
et uniuerſa que poſſides.
ibique te paſcam. adhuc
enim quinque anni reſidui ſunt
famis: ne ⁊ tu pereas ⁊
domus tua. ⁊ omnia que
poſſides. En oculi ueſtri et
oculi fratris mei beniamin
uident. quod os meum lo
quatur ad uos. Nunciate
patri meo uniuerſam gloriam
meam: ⁊ cuncta que ui
diſtis in egypto. feſtinate ⁊
adducite eum ad me. Dominica
Hec ſunt iiij. in xl. Lc. i.
nomina filiorum iſrael: qui
ingreſſi ſunt egyptum cum

iacob. Singuli cum domi
bus ſuis introierunt. Ru
ben. ſymeon. leui. iudas.
yſachar. zabulon ⁊ beni
amin. dan ⁊ neptalim.
gad ⁊ aſer. Erant igitur omnes
anime eorum. qui egreſſi ſunt
de femore iacob: ſeptuagin
ta. Ioſeph autem in egypto erat.
Quo mortuo ⁊ uniuerſis
fratribus eius. omnique cog
natione ſua: filij iſrael cre
uerunt. ⁊ quaſi germi
nantes multiplicati ſunt:
ac roborati nimis imple
uerunt terram. Lc. ij.
Surrexit interea
rex nouus ſuper egy
ptum: qui ignorabat io
ſeph. Et ait ad populum ſuum.
Ecce populus filiorum iſrael: mul
tus ⁊ fortior nobis eſt. Ve
nite ſapienter opprimamus
eum: ne forte multiplice
tur: ⁊ ſi ingruerit contra

nos bellum. addatur ini
micis nr̄is: expugnatiſ
q; nobis egrediatur e ter
ra. Preposuit itaq; eis ma
gistros opm: ut affligē
rent eos oneribus. Edi
ficaueruntq; urbes taber
naculoꝝ pharaoni: phy
ton ⁊ ramesses. Lc̄o tercia.
Quantoq; opprime
bant eos: tanto
magis multiplicabantur
⁊ crescebant. Oderantq;
filios isrl' egyptij. ⁊ affli
gebant illudentes eis: at
q; ad amaritudinē pdu
cebant uitam eoꝝ. opib;
duris luti ⁊ lateris. om
niq; famulatu quo in ter
re opib; premebantur.
Dixit aūt rex egypti ob
stetricibus hebreoꝝ. qua
rum una uocabatur se
phora. altera phua: pre
cipiens eis. Quando ob
stetricabitis hebreas. et
tempus partus aduene
rit: si masculus fuerit.
interficite illum: si femi
na reseruate. Lc̄o quarta
Timuerunt obstetri
ces dn̄i: ⁊ non fe
cerunt iuxta preceptum
regis egypti: ſ; conserua
bant mares. Quibus ad
se accersitis: rex ait. Qͥd
nam est hoc quod facere
uoluistis: ut pueros re
seruaretis: Que respon
derunt. Non sunt hebree
sicut egyptie mulieres.
Ipse enim obstetricandi
habent sciām: ⁊ priuſ
quam ueniamus ad eas
pariunt. Bn̄ ergo fecit
deus obstetricibus. Et
creuit pp̄ls: confortatuſ
q; est nimis. Et quia ti
muerunt obstetrices dn̄i:
edificauit illis domos.

Precepit ergo Lectio v.
pharao omni populo
suo dicens. Quicquid
masculini sexus natum
fuerit. in flumen proicite:
quicquid feminei reserua
te. Egressus est post hec
uir de domo leui: accep
ta uxore stirpis sue. Que
concepit: et peperit filium.
Et uidens eum elegantem:
abscondit tribus mensibus.
Cumque iam celare non
posset: sumpsit fiscellam
cyrpeam. et liniuit eam
bitumine ac pice: posu
itque intus infantulum.
exposuitque eum in carec
to ripe fluminis: stante
procul sorore eius. et consi
derante euentum rei. Lectio vi.
Ecce autem descendebat
filia pharaonis.
ut lauaretur in flumine:
et puelle eius gradiebantur
per crepidinem aluei. Que
cum uidisset fiscellam in
papirione: misit unam
e famulabus suis. Et al
latam aperiens. cernensque
in ea paruulum uagientem:
miserta eius ait. De in
fantibus hebreorum est hic.
Cui soror pueri. Vis in
quit ut uadam. et uocem
tibi hebream mulierem:
que nutrire possit infan
tulum. Respondit. ua
de. Perrexit puella: et uo
cauit matrem eius.
In illo tempore: Lectio vii. Secundum
Abiit ihesus trans Iordanem.
mare galylee quod est ty
beriadis: et sequebatur
eum multitudo magna:
quia uidebant signa que
faciebat super hys qui in
firmabantur. Et reliqua. Omelia
Mira beati augustini episcopi.
cula que fecit do

minus noster ihesus christus. sunt
quidem diuina opera: et
ad intelligendum deum de
inuisibilibus ammonent
humanam mentem. Qui
a enim ille non est talis sub
stancia. que uideri possit oculis.
et miracula eius quibus
totum mundum regit. u
niuersamque creaturam ad
ministrat. assiduitate ui
luerunt. ita ut pene ne
mo dignetur attendere
opera dei. mira et stupenda:
in quolibet seminis gra
no. secundum suam misericordiam ser
uauit sibi quedam. que
faceret oportuno tempore. pre
ter usitatum cursum ordi
nemque nature. ut non
maiora. sed insolita stupe
rent. quibus cottidiana ui
luerunt. Lectio viij.

Maius quippe mira
culum est gubernacio to
cius mundi. quam satu
racio quinque milium ho
minum de quinque pani
bus. et tamen hoc nemo mi
ratur. Illud mirantur
homines. non quia ma
ius est. sed quia rarum est.
Quis enim et nunc pascit
uniuersum mundum?
nisi ille qui de paucis gra
nis segetes creat. Fecit
ergo quomodo deus. Unde
enim multiplicat de pau
cis granis segetes: inde
in manibus suis multi
plicauit quinque panes.
Potestas enim erat in
manibus suis. Panes autem
illi quinque quasi semina
erant. non quidem ter
re mandata. sed ab eo qui
terram fecit multiplicata.

Hoc ergo admotum Lectio ix.
est sensibus. quo e
rigeretur mens: et exhi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

uitium oculis ubi exerce
retur intellectus. ut in
uisibilem deum. per uisibili
a opera miraremur. et exci
ti ad fidem. et purgati per
fidem. et ipsum inuisibiliter
uidere cuperemus. quem
rebus uisibilibus. inuisibi
lem nosceremus. Nec tamen
sufficit hec intueri in mi
raculis christi. Interrogemus
ipsa miracula. quid nobis
loquantur de christo. Habent
enim si intelligantur linguam
suam. Nam quia ipse christus est
uerbum dei. etiam factum uer
bi. uerbum nobis est. Fe-
In diebus ria secunda. Lectio i.
illis postquam creuerat moy
ses. egressus ad fratres suos.
uidit afflictionem eorum et
et uirum egyptium percuti
entem quendam de hebreis
fratribus suis. Cumque circum
spexisset huc atque illuc. et
nullum adesse uidisset.
percussum egyptium abscon
dit sabulo. Et egressus
die altero. conspexit du
os hebreos rixantes. Dix
itque ei qui faciebat iniuri
am. Quare percutis proxi
mum tuum. Qui respon
dit. Quis constituit te
principem et iudicem super
nos. Numquid occidere
me uis. sicut occidisti he
ri egyptium. Lectio ii.
Timuit moyses. et
ait. Quomodo pa
lam factum est uerbum istud.
Audiuitque pharao sermo
nem hunc. et querebat oc
cidere moysen. Qui fugi
ens de conspectu eius mo
ratus est in terra madian.
et sedit iuxta puteum. E
rant autem sacerdoti mady
an septem filie. que uene
runt ad hauriendam a

quam: et impletis canalib:
cupiebant adaquare greges
p̄ris sui. Sup̄ uenerunt pa
stores: et eiecerunt eas. R̄c
Surrexit moyses: iii.
et defensis puellis ad
aquauit oues ear. Que
cum reuertissent ad ragu
el p̄rem suum: dixit ad e
as. Cur uenistis uelocius
solito? Responderunt. Vir
egyptius liberauit nos de
manu pastor. Insup̄ et hau
sit aquam nobiscū: potū
q3 dedit ouibus. At ille. V
bi est inquit? Quare di
misistis hominē? Voca
te eum: ut comedat pa
nem. Iurauit ḡ moyses:
qd̄ habitaret cum eo. R̄c
Post multū iii. Lc. i.
temporis. mortuus
est rex egypti. Et ingemi
scentes filij isrl̄ p̄pter opa:
uociferati sunt. Ascendit

q3 clamor eor ad deum ab
opib3: et audiuit gemi
tum eor. ac recordatus
est federis. qd̄ pepigerat
cum abraham ysaac et ia
cob. Et respexit dn̄s filios
isrl̄: et cognouit eos. Mo
yses aūt pascebat oues
iethro soceri sui sacerdotis
madian. Cumq3 mina
sset gregem ad interiora
deserti: uenit ad mon
tem dei oreb. Lc̄o secunda.
Apparuitq3 ei dn̄s in
flamma ignis de
medio rubi. et uidebat
quod rubus arderet. et
non combureretur. Dix
it ḡ moyses. Vadam et
uidebo uisionem hanc.
magnam: quare non
comburatur rubus. Cer
nens aūt dn̄s quod p̄ge
ret ad uidendum. uoca
uit eum de medio rubi

et ait. Moyses moyses. Qui
respondit. Adsum. At il
le. Non appropies inquit
huc. Solue calciamen
tum de pedibus tuis. Lo
cus eñ in quo stas: terra
scã est. Et ait. Ego sum
ds pris tui: ds abraham
& deus ysaac. & ds iacob.
Abscondit Lcō. iij.
moyses faciem su
am: non eñ audebat re
spicere contra deum. Cui
ait dñs. Vidi afflictio
nem ppli mei in egypto:
& clamorem eius audiui.
ppter duriciam eorum qui
presunt opib;. Et sciens
dolorem eius. descendi ut
liberem eum de manu
egyptiorum: et educam de
terra illa in terram bonã
et spaciosam. in terram
que fluit lacte & melle:
ad loca chananei et ethei

et amorrei. & ferezei et
euei & iebusei. Lcō. v.
Dixit dñs Fe. iiij.
ad moysen. Cla
mor filiorum isrl' uenit ad
me: uidiq; afflictionem
eorum. qua ab egyptiis op
primuntur. Sz ueni mit
tam te ad pharaonem:
ut educas pplm meum
filios isrl' de egypto. Dix
itq; moyses ad dñm. Quis
ego sum ut uadam ad
pharaonem: et educam
filios isrl' de egypto. Qui
dixit ei. Ego ero tecum.
Et hoc habebis signum:
qd miserim te. Cum e
duxeris populum meũ
de egypto: imolabis do
sup montem istum. Lcō
Ait moyses secunda.
ad dñm. Ecce ego
uadam ad filios isrl': et
dicam eis. Ds prm nrorum

misit me ad uos. Si dix
erint m̄ quod est nom̄
eius? quid dicam eis?
Dixit dn̄s ad moysen.
Ego sum qui sum. Ait.
Sic dices filijs isrl'. Qui
est misit me ad uos. Dix
itq; iterum dn̄s ad moysen.
Hec dices filijs isrl'. Do
minus ds̄ patrum uestrorum.
ds̄ abraham. et ds̄ ysa
ac. et ds̄ iacob misit me
ad uos. Hoc nom̄ michi
est in eternum: et hoc me
moriale meum in generā
tione et generationem.
Vade congre Lc. iij.
ga seniores isrl':
et dices ad eos. Dn̄s ds̄
patrum uestrorum apparuit m̄.
ds̄ abraham et ds̄ ysaac
et deus iacob: dicens. Vi
sitans uisitaui uos: et
uidi omīa que acciderīt
uobis in egypto. Et dix

i ut educam uos de afflic
tione egypti. in terram
chananei et ethei. et amor
rei. ferezei et euei et ie
busei: ad terram fluen
tem lacte et melle. Et
audient uocem tuam.
Ingredieris q; tu et seni
ores isrl' ad regem egyp
ti: et dices ad eum. Dn̄s
ds̄ hebreorum uocauit nos.
Ibimus uiam trium di
erum. in solitudinē: ut
immolemus dn̄o deo nr̄o.
Re Fe. v. Lc. i.
spondens moyses:
ait ad dn̄m. Non cre
dent m̄ neq; audient
uocem meam: sȝ dicent.
Non apparuit tibi dn̄s.
Dixit ergo ad eum. Quid
est qd' tenes in manu tua?
Respondit. Virga. Ait
dn̄s. Proice eā in terram.
Proiecit. et uersa est in

colubrum: ita ut fugeret
moyses. Dixitque dominus. Extende manum tuam: et
apprehende caudam eius.
Extendit et tenuit: versaque
est in virgam. Ut credant
inquit quod apparuerit tibi
deus patrum tuorum: deus abraham
deus ysaac. deus iacob. R[esponsorium].
Dixitque dominus rursum.
Mitte manum
tuam in sinum tuum. Quam
cum misisset in sinum: protulit leprosam instar ni
vis. Retrahe ait manum
tuam. in sinum tuum.
Retraxit. Et protulit iterum:
et erat similis carni reliquae.
Si non crediderint inquit
tibi. neque audierint ser
monem signi prioris: cre
dent verbo signi sequentis.
Quod si nec duobus quidem
hiis signis crediderint.
nec audierint vocem tuam:
sume aquam fluminis. et
effunde eam super aridam:
et quicquid hauseris de
fluvio vertetur in sangui
nem. Lectio tercia.
Ait moyses. Ob
secro domine: non sum elo
quens ab heri et nudius
tercius. Ex quo locutus es.
ad servum tuum: impeditioris et tardioris lingue sum.
Dixit dominus ad eum. Quis
fecit os hominis? Aut
quis fabricatus est mutum
et surdum. videntem et
cecum? Nonne ego? Per
ge igitur: et ego ero in ore
tuo. docebo que te quid lo
quaris. At ille. Obsecro
inquit domine: mitte quem
missurus es. Iratus dominus
in moysen: ait. Aaron frater
tuus levites. scio quod elo
quens sit. Ecce ipse egredi
etur in occursum tuum:

uidensque te letabitur corde.
Reuersus Rx. vi.
est moyses Lc. i.
ad iethro socerum suum.
Dixitque ei. Vadam et reuer
tar ad fratres meos in egyptum:
ut uideam si adhuc uiuunt.
Cui ait iethro. Vade in
pace. Dixit ergo dominus ad
moysen in madian. Va
de et reuertere in egyptum.
mortui enim sunt omnes qui
querebant animam tuam.
Tulit moyses uxorem et
filios suos: et imposuit e
os super asinum. Reuersus
que est in egyptum: por
tans uirgam dei in ma
nu sua. Lco. ii.
Dixitque ei dominus. Re
uertenti in egyptum. Vi
de ut omnia ostenta que
posui in manu tua: faci
as coram pharaone. Ego
indurabo cor eius: et non

dimittet populum. Dicesque
ad eum. Hec dicit dominus.
filius meus primogenitus
israel. Dixi tibi. Dimitte
filium meum: ut serui
at michi. Et noluisti di
mittere eum. Ecce ego
interficiam filium tuum pri
mogenitum. Cumque esset
in itinere in diuersorio:
occurrit ei dominus. et uole
bat occidere eum. Tulit
ilico sephora acutissimam
petram: et circumcidit
prepucium filii sui. Teti
gitque pedes eius: et ait.
Sponsus sanguinum tu mihi
es. Et dimisit eum: post
quam dixerat. sponsus
sanguinum ob circumcisi
onem. Lco tercia.
Dixit autem dominus ad
aaron. Vade in occursum
moysi in desertum. Qui
perrexit ei obuiam in mon

tem dei : et osculatus est
eum. Narrauitque moy
ses aaron uerba dni.
p quibz miserat eum :
et signa que mandaue
rat ei. Veneruntque si
mul : et congregauerut
cunctos seniores filiorum
isrl. Locutusque est aaro
omia uerba. que dixe
rat dns ad moysen : et
fecit signa coram ppl'o.
et credidit ppls. Audie
runtque quod uisitasset
dns filios isrl. et quod
respexerit afflictionem e
orum : et proni adoraue
runt. Sabbato. Lc. i.
Ingressi sunt moyses
et aaron : et dixerunt
pharaoni. Hec dicit do
minus ds isrl. Dimit
te ppl'm meum : ut sacri
ficet m in deserto. At il
le respondit. Quis est
dns. ut audiam uocem
eius. et dimittam isrl.
Nescio dnm : et isrl non
dimittam. Dixeruntque
Ds hebreorum uocauit nos.
ut eamus uiam trium
dierum in solitudinem :
et sacrificemus dno deo
nro. ne forte accidat no
bis pestis. aut gladius.
Ait ad eos rex egypti.
Quare moyses et aaron.
sollicitatis ppl'm ab opibz
suis. Ite ad honera ura.
Dixitque Lco seda.
pharao. Multus
est ppls terre. Videtis
qd turba succreuerit : quan
to magis. si dederitis ei
requiem ab opibus. Pre
cepit ergo pharao in die il
lo. pfectis operum et exacto
ribz ppli dicens. Nequaquam
ultra dabitis paleas ppl'o
ad conficiendos lateres si

cut prius: sed ipsi uadant et colligant stipulam: et mensuram laterum. quam prius faciebant imponetis super eos: nec minuetis quicquam. Vacant enim: et iccirco uociferantur dicentes. Eamus: et sacrificemus domino deo nostro. Opprimantur operibus et expleant ea: ut non acquiescant uerbis mendacibus. Lectio tercia.

Igitur egressi prefecti operum et exactores ad populum: dixerunt. Sic dicit pharao. Non do uobis paleas. Ite et colligite sicubi inuenire potueritis: nec minuetur quicquam de opere uestro. Dispersusque est populus per omnem terram egypti: ad colligendas paleas. Prefecti quoque operum instabant dicentes. Complete opus uestrum cotidie: ut prius facere solebatis. quando dabantur uobis palee. Flagellatique sunt qui preerant operibus filiorum israel: ab exactoribus pharaonis dicentibus. Quare non implestis mensuram laterum sicut prius. nec heri nec hodie. Dominica in passione domini.

Lectio prima.

Verba ihe remie filii helchie. de sacerdotibus qui fuerunt in anathot: in terra beniamin. Quod factum est uerbum domini ad eum. in diebus iosie filii amon regis iuda: in tercio decimo anno regni eius. Et factum est in diebus ioachim filii iosie regis iuda. usque ad consumationem undecimi anni sedechie. filii iosie regis iuda: usque ad transmigrationem ierusalem in mense quinto. Et factum est uerbum domini ad me dicens.

priusquam te formarem in
utero noui te. et antequam
exires de uulua sanctificaui
te. et prophetam in gentibus
dedi te. Hec dic. d. Rs ij.
Et dixi. a. a. a. domine
deus. nescio loqui.
quia puer ego sum. Et
dixit dominus ad me. Noli di
cere puer sum. quoniam ad omnia
que mittam te ibis. et
uniuersa quecumque manda
uero tibi loqueris. Ne time
as a facie eorum. quia e
go tecum sum ut eruam
te. dicit dominus. Et misit
dominus manum suam. et tetigit
os meum. Et dixit dominus ad
me. Ecce dedi uerba mea in
ore tuo. ecce constitui te ho
die super gentes et regna. ut
euellas et destruas et disperdas.
et dissipes et edifices et plan
tes. Et factum est iij. Rs. h.
uerbum domini ad me

